secunde case: que est magis cala: est etiã humida respectu secũde case: qꝛ secũda casa magis exsiccat virtualr̃ q̃ꝫ pᵃ lꝫ formalr̃: ⁊ nũc actualr̃ secũda casa fit humida secũda casa õr calefaciẽs: ⁊ humectãs: qꝛ eius caliditas aliqualr̃ tẽperamentũ egredit̃: sed nõ multum: hoc tñ poros aperit: ⁊ subtiliat humores: ⁊ sudare facit: humectat etiã actualr̃ corpus tertia vero casa est calefaciens: ⁊ exsiccans: qꝛ hec casa est calefacta a solo igne: q ẽ calĩus: ⁊ siccus: alie vero case sunt calefacte ex vapore aque cale: q ẽ calĩus: ⁊ humidus: ⁊ ideo tertia casa est sicut furnus calefactus: q desiccat supfluitates mẽbrorũ: ⁊ ad dolores iuncturarum cõfert resoluẽdo humiditates: ⁊ ventositates 2ᵒ diuersificant̃ etiã opationes balnei: qꝛ alie sunt per se: alie paccidens: nã calefactio: ⁊ exsiccatio duplr̃ cõtingere põt: silr̃ ⁊ infrigidatio. s. per se: ⁊ paccidẽs. Calefactio p se fit ab aqua cala: que est in balneo: ⁊ paccidens fit calefactio ab aqua frigida: que poros oppilat: ⁊ calorẽ innatũ ꝯstringit: sicq; interiora calefiũt. Silr̃ duplr̃ fit infrigidatio a balneo. s. per se: ⁊ peraccidẽs: per se fit p aquã frigidã balnei: peraccidens vero per aquã calidã: cũ tanta est: vt nõ solum sudorẽ inducat: sed resoluat calorẽ innatũ: ⁊ spiritũ ex nimia calitate: ⁊ sic paccidens infrigida͏̃ . Item alio modo aqua cala infrigidat: cũ nõ est vehemẽter cala: qm̃ licet a pncipio aperiat poros: ⁊ calefaciat: tñ in processu infrigidat: qm̃ licet sit cala: tñ cuꝫ naturalr̃ sit frigida rediens ad nãm suam tandẽ infrigidat. Itẽ ⁊ alr̃ infrigidat qꝛ cum sit multũ humida infrigidat pro quãto humectãdo calorem cõstringit innatũ ꝑpter multã sui humiditatẽ: ⁊ extinguit ipꝫ: ⁊ infrigidabit 3ᵒ diuersificant̃ opationes balnei ex diuersitate horẽ. i. tẽporis: in quo intrat balneũ: qꝛ aut ieiuni: ⁊ vacui a supfluitatibus ingrediunt̃ balneũ: aut illico. i. statim post saturitatẽ: aut in fine pᵉ. digestionis: si ieiuni ingrediunt̃ tunc balneũ vehemẽter exsiccat: ⁊ macrescere facit: si vero illico post saturitatẽ ingrediunt̃: impinguat eos: sed tñ oppilat: qm̃ nutrimentũ indigestũ trahit aduenas: si vero in fine pme. digestionis ingrediunt̃ mediocriter impinguat: hec Auic. ⁊ sic cõfert ethicis: qꝛ humectat eos: ⁊ impinguat 4ᵒ diuersificant̃ opationes balnei in corporibus nr̃is ex diuersitate more: ⁊ triplex mora est. s. parua mora: longa mora: ⁊ mediocris: parua mora hum ctat solũ corpora: ⁊ est qñ corpus exit de balneo antequã exeat sudor: ⁊ talis mora cõuenit ethicis: ⁊ cũ exeunt ex oleo inungi debent: vt teneat̃ aqueitas: que in poris penetrauit: ⁊ ꝯstringat̃ intra cutẽ: ⁊ cum egrediunt̃ dimittant̃ hora vna in domo: in qua hoies denudant̃. i. in prima casa balnei: ⁊ tribuat̃ post parũ ex humectãtibus: sicut aqua hordei: ⁊ lac asine. Qꝛ siquis eorum in balneo multam moram faceret timeretur ne ei superueniret syncopis: hec Auic. longa vero mora exsiccat corpora: quia vehementer sudare facit. Mediocris vero mora mediocriter sudare facit: ⁊ est in qua corpus sudat sine molestia: ⁊ debilitate: ⁊ hec calefacit: ⁊ nõ exsiccat: nec humectat: nota verbũ: quia parua mora humectat: ⁊ longa exsiccat: iõ media mora non humectat: nec exsiccat. Postq̃ꝫ posuit Auic. iuuamenta: que sequunt̃ ex balneis qñ recte administrant̃: ꝯsequenter ponit nocumẽta: qñ non recte administrantur: ⁊ dicit. In balneo ꝑterea cum multis eius iuuamentis adsunt nocumenta: facit enĩ supfluitates ad membra: in qbus est debilitas: leuiter descẽdere: ⁊ laxat corpus: ⁊ impedit neruos: ⁊ resoluit calorẽ innatum: ⁊ comedẽdi desideriũ deicit: ⁊ coeundi debilitat virtutẽ. Ultimo ponit dr̃ias balneorũ: scd̃m mineras nãles: ⁊ dicit balneũ quoqꝫ dr̃ias hꝫ a parte aquarũ: que in ipso fluũt: nitrose enĩ aut suphuree: aut marine: aut cineritie: aut salse nã: aut ingenio. s. scd̃m q; in eis aliqd horũ apponit̃: aut in eis coquat̃ scꝫ stafisagria: aut sicut bauce lauri: aut hijs similia: resoluent: ⁊ subtiliabunt: ⁊ auferent laxitatẽ: ⁊ phibebunt humorũ descensionẽ ad apostemata: ⁊ venaꝫ habẽtibus ciuilẽ ꝯferent. Eree vero aque: ⁊ ferree: ⁊ salse ꝯferunt egritudinibus: q̄ sunt ex frigiditate: ⁊ humiditate: ⁊ in doloribos articulorũ: ⁊ podagra: ⁊ cõferunt laxitati: ⁊ asmati: ⁊ egritudinibus renũ: ⁊ fracture restaurationẽ fortẽ efficiunt: ⁊ cõferunt carbunculis: ⁊ vlceribus. Ennee quidẽ ori cõferunt: ⁊ vulue: ⁊ oculo laxo: ⁊ humiditabus auris: ferree vero stomacũ iuuant: ⁊ splenem: nitrose vero: ⁊ salse capitibus: ⁊ pectori auxiliũ prebent: que mãs recipere solent: ⁊ cõferunt stomaco humido: ⁊ hñtibus hydropisim: ⁊ inflationem. Aluminosis vero aquis: ⁊ atramentalibus balneari cõfert sputo sanguineo: ⁊ egressioni sanguinis ab ano: ⁊ menstruis: ⁊ nausee: ⁊ vomitui sine causa: ⁊ caccsie: ⁊ multo sudori. Sulphuree vero aque neruos mundificant: ⁊ dolores distensionis: ⁊ spasmi sedant: ⁊ corũ superfitiẽ a bothor: ⁊ vlceribus malis antiquis: ⁊ signis violaceis mundificant: ⁊ a panno: ⁊ morphea: ⁊ albaras: ⁊ resoluunt supfluitates ad iuncturas: ⁊ splenẽ: ⁊ epar descendẽtes: ⁊ vulue duritici cõferunt: sed stomacũ laxant: ⁊ desideriũ deiciũt. Marine aũt aque caput eius: qui in eis balneat̃: replent: ideoqꝫ qui in eis balneantur: caput in ipsis ponere nõ debent: ⁊ in eis tẽpore post tempus eorũ calefiunt cõplones: ⁊ ꝑprie matrix: vesica: ⁊ colon: ⁊ ideo sunt male: ⁊ graues. In aquis vero termarũ qui voluerit balneari oportebit: vt balneet̃ in eis quiete: ⁊ suauiter: ⁊ ordinatim: ⁊ nõ subito: ⁊ addit Auic. ⁊ nos fortasse reiterabimꝰ in capᵒ. de ꝯseruatione sanitati sermonẽ de esse balnei: ⁊ cõtinuatiuũ. erit quod ibi dicemus ei: qđ hic ante diximus: ⁊ silr̃ loquemur cũ de potu aq̄ frigide tractabimus: hec ille: ⁊ de rebus nõ nãlibus dicta sufficiant.

Tertia pars de rebus preter nãm.

De rebus preter nãm in 3ᵒ loco dicẽduꝫ est: tres aũt sunt res preter nãm. s. morbus: causa morbi: ⁊ accidens morbi: quid aũt vnũquodqꝫ horũ sit dicemus breuiter: postea vero ample declarabimus vnũquodqꝫ. Morbus vt inquit Gal. pᵒ de ingenio sanitatis est cõpositio extra nãm actioni corporis nocens. s. immediate: ⁊ cum morbus ⁊ egritudo sint idem Auic. inquit egritudo est dispositio non nãlis in corpore humano ex qua in opatione essentialiter prouenit nocumentũ ꝓuentu pᵒ. Causa morbi vt inquit Auic. est illud: quod primo est: ⁊ ex quo prouenit inuentio alicuius dispositionis non naturalis in corpore humano: aut eius fixionis. Accidens vero vt inquit Auic. est res: que hanc sequitur dispositionem: siue sit naturali contraria: vt dolor in colica: siue non sit contraria: vt rubedo maxille in peripleumonia.

De morbo.

De morbo vero: siue de egritudine ample tractan
do dicamus per viam resolutionis quod egritudo alia
est simplex: alia composita. Egritudo simplex est illa: in

De simplici egritudine.

cōtra est vna spēs egritudinis: cōposita vero est illa:
in q̄ plures spēs egritudinū cōiūgunt: ex qb⁹ fit vna
egritudo. Primo de simplici tractādū est: deinde de
cōposita. Egritudo simplex diuidit: q: alia in cōple-
xione: alia in cōpositiōe: et alia i vnitate est: q̄ dr solu
cōtinui. Egritudo simplex i cōplexiōe est q̄ mēbris
simplicibus p⁹ accidit. s. que siles hñt partes: et p ea
mēbris cōpositis accidit: q̄ malitiā cōplexiōis reci-
piūt. Egritudo i cōpōne est q̄ p⁹ mēbris cōpositis ac
cidit: q̄ cōponunt ex mēbris: quor partes siles sunt: et
hec mēbra cōposita officialia dnr: q: sunt organa in-
strumētaa et hec maliciā cōpōnis recipiūt. Egritudo
in vnitate est q̄: eque p⁹ accidit mēbris simplicib⁹: et
cōpositis siue instrumētalibus: ita q nō accidit in-
strumētalib⁹ pp accidere simplicibus: et dr egritudo
cōtra: et solutionē cōtinuitatis sequit. Egritudo in cō-

De egritudine in cōplexione.

plexione diuidit in simplicē: et cōpositam: egritudo
simplex in cōplexione diuidit in q̄tuor spēs. s. in cali
dam tm̄: frigidā tm̄: humidā tm̄: et siccā tm̄: et dr sim
plex: q: est vna spēs ex egritudinib⁹ cōplexiōis: egri
tudo cōposita i cōplexione dr in qua plures spēs ma
litie cōplexionis iungunt: ex qb⁹ vna cōponit egritu
do: et diuidit in q̄tuor spēs. s. i calidā: et humidā: i ca
lidā: et siccā: in frigidā: et humidā: et in frigidā: et sic-
cam: et vtraqz harū. s. tam simplex: q̄z cōposita diui-
dit: q: alia sine mā: et alia cū mā: et sic egritudines in
cōplexione sunt sexdecim. s. octo mālēs: et octo im-
mālēs. Egritudo in cōpōne diuidit in q̄tuor spēs. s.

De egritudine in cōpositione.

in egritudinē in creatura: siue i plasmate: in quātita
te: in numero: et in situ. Egritudo i creatura diuidit
in q̄tuor spēs. s. in egritudinē in figura: in via: in su-
perficie: et in receptaculo: Egritudo in creatura vel
plasmate maxie fit in via: et receptaculo: de qua cōi-
ter tractat. Egritudo in quātitate diuidit in duas
spēs. s. in maius: et minus q: alia ?m genus augmēti
fit vt elephātia: et alia ?m genus diminutiōis: vt pty
sis: Egritudo in numero diuidit in duas spēs. s. in
plus et minus: q: alia ē ex gñe augmēti: et hoc augmē
tum: aut est nāle: vt dens additus: vel digitus addi-
tus: aut nō nāle: sicut lapis: alia est ex gñe diminutio
nis: et hoc duplr: q: aut est nālis: sicut cū alicui nō na
scit digitus: aut nō nālis: sicut cū alicui abscindit di-
gitus. Egritudo in situ diuidit in duas species. s. in
egritudinē in loco: et in egritudinē in societate: exē-
plū de loco: vt exitus mēbri a iunctura sua: aut a suo
situ moueat ita q nō egrediat. sicut fixura: que com
pat intestinis: aut vt moueat i eo motu nō scd̄m cur
sum nālem: nec volūtariū: sicut tremor: aut in suo fi-
gat loco: et nō moueat ab ipso: quēadmodū accidit:
cū iuncture indurant in egritudine podagre. Egri
tudines vero societatis oēm dispōnem colligūt: quā
mēbrū hz cōpositione sua ad aliud mēbrū: qd sibi vi
cinū existit: siue ei appropiquet: siue ab eo elōget nō
scd̄m cursum nālem: et sunt duarū spēruz: vna est: vt
accidat ei phibitio mot⁹ sui: aut durit sit postq̄z pos
sibile erat: sicut digitus cū sibi vicinū tāger phibet:
aut cū accidit ei: vt ab eo moueri phibeat: aut vt se-
paret ab eo postq̄z erat possibile: aut sit difficile sicut
palpebre relaxatio: et iūcturar laxatio in paralysi: et
durities aplēdi manū: et apiendi loculū: hec Auic.
Egritudo vero solonis cōtinui cū accidat rā mēbris

De egritudine i vnitate q̄ solutio cōtinui dicitur.

simplicib⁹: q̄z cōpositis. Si cuti accidit vocat exco-
riatio: vel scarificatio. Si carni accidat: i qua nūdū
factū est pus vocat plaga: sz cū pus fit vocat vlcus fit
aūt pus i ea ppterea q supfluitates p eā euacuant:
eo q debilis est: et ppea nō valet digerere nutrimētū:
et cōuertit in supfluitatē. Si ossi accidit aut scd̄m la-
titudinē: et dr incisio: aut scd̄m lōgitudinē: et si nume
rus nō fuerit multus vocat fixura: et si numerus fue-
rit mult⁹ vocat cōtusio. Si musculo accidit: aut scd̄z
latitudinē: et dr separatio: aut ?z lōgitudinē: et dr lique
factio si numerus sit paruus. si vo numerus sit mult⁹
dr attritio: et dissolo et fit in extremitatib⁹ dr attri-
tio. Si arterijs: et venis accidat dr apertio: si tñ acci-
dit ?z latitudinē dr separatio: et si ?z lōgitudinē dr fixu
ra: et si ē orificior aptio dr: pforatio. Si pānicło ac-
cidit: vt diafragmati dr ruptura. Si iūcture accidit
dr separatio: vel dislocatio. Si neruo dr ruptura.

Si cutim excoriās si carnem: plaga vocetur.
Os longum fixum contusum incisio latus.
Musculus eliquat tritus separatio latus.
Vena fit in longum fixa: separatio latus.
Panno fractura: iuncture locatio: dislo.

Neruo ruptura: et ponit vnum notatum in fine ca-
pituli dicens. Solutio continuitatis: et vlceratio:
et hijs filia: cū fuerint in mēbro bone cōplexiōis cito
sanant: cuz vero fuerint in mēbro male cōplexionis
resistūt sanitati lōgo tpe: quāto plus cū cōtingunt in
corporib⁹ cor: q pariunt hydropisim: aut cōstrictiōis
malitiā: et leprā. De egritudine cōposita scd̄o dicēdū

De egritudine cōposita.

est. Est aūt egritudo cōpōita illa i: qua plures spēs egri
tudinū cōiūgunt: ex qb⁹ fit vna: sicut est apostema: et
bothor q̄ dnr i hoc: q: apostema ē eminētia magna:
et bothor ē eminētia parua: et in apostemate oēs gña
egritudinū cōiūgunt: q: in eo repit malitia cōplexio-
nis cū mā: et mala cōpō: q: in eo fit lesio in figura: in
quātitate: et situ. Apostema pterea mēbris accidit
mollib⁹: et ēt ossib⁹ accidit rēs: q̄ apostemati similat
neqz mirū est: si qd nutrimēti augmētū recipit: sup-
fluitatē ēt recipiēs sit. Apostemata diuersis differūt
dnijs: sz q̄ magis sunt cōsiderāde suntiq̄ ?m suas mās
summunt: sunt aūt sex māe: ex qb⁹ apostemata fiunt
sez q̄tuor humores: et aquositas: et vēt⁹. Apostema g̃
diuidit: q: aliō calum: aliud nō calīz: et nō est existi-
mādū: q apostema calīz sit illd: qd ex sanguie: et colā
gñat tm̄: sz ex q̄cūqz mā siue sit calā p eētiā: siue ac-
cidat ei calitas p putrefactionē: Cuius dignius sit fieri
diuisionē p māz ?m eētiā. Sanguineū pur flegmō
appellari cōsueuit: et colicū ex colā pura crisypilā: et
ex eis cōpōitū cōpōto noīe appellat cōponēdo nomē su
pās: qñqz. n. dr flegmō crisypilades: et qñqz crisypi-
la flegmonides: h breuit de calis apostematib⁹ i scd̄a
fen pmi cano. dicit: sz ex 3ª fen: q̄rti canonis sufficiē-
tiā talr collegim⁹. Apostema diuidēdū est sic: q: aliō
calum: et aliud nō calum: apostema calūz vel ē ex san
guine: vel ex colera. Si ex sanguine fit: vel est ex pu-
ro sanguine: vel mixto alteri humori: si ex puro san-
guine: vel ex sanguine grosso: vel subtili: si ex sangui
ne grosso est: vel est ex sanguine nāli: et dr flegmon: vel
ex sanguine adusto: et sic dr antrax: vel carbunculus:
si ex sanguine subtili: vel ex nāli: et dr forunculus: vel
spina: vel ex adusto: et sic dr carbo: vel ignis persicus.

Si vero

Si vero fit ex sanguine mixto alteri humori: vel per admixtionē cole: ⁊ sic panariti⁹ dr: vel malū pāni: vel p admixtionē flegmatis salsi: ⁊ sic sore dr: vel per admixtionem flegmatis vel mel̄ie aduste: ⁊ sic vena egrediēs dr. Si vero sit sanguis admixtus cole cum predominio sanguinis dr flegmō erisypilades: si cū predominio cole fit: dr erisypila flegmonides. Si ex cola fiat apostema dr erisypila: vel q̄ est ex cola nāli: vel ex cola adustat si est ex cola nāli: vel est sine vlcere: ⁊ dr herpes: vel est cū vlcere: ⁊ dr herpestiomenus: si ex cola adusta dr formica. Apostema vero frigidum diuidit: qꝛ aut est de mā mel̄ica: aut flegmatica: aut aquosa: aut vētosa. Mel̄icū hꝫ tria gn̄a dicit Auic. s. duritiē: cancrū: ⁊ glandulas ⁊ durities differt a cancro in hoc: qꝛ durities ē ex mel̄ia nāli: ⁊ est sine dolore: cancer vero est ex mā adusta: ⁊ est cū dolore: ⁊ est mobilis hn̄s radices. i. brācas: ⁊ in medio figure rotunde est: sꝫ lepra est cancer vl̄is: sed gn̄a glādularuꝫ sunt sepata ab eo: in quo sunt ⁊ apostema mel̄icū in gn̄e dr scliroticū. Flegmaticū diuidit i duas spēs. s. in apostema laxū: ⁊ glādulas molles: ⁊ dn̄t: qꝛ glandule sunt sepate: ⁊ inuolute in coprorio ⁊ apostema laxū est mixtū: ⁊ nō separatū: ⁊ dr vndimia: nodi vero sunt sunt ex flegmate viscoso: ⁊ resoluto subtili. Nota q̄ oē apostema durū dr sephiros siue sit a mel̄ia sola: siue a flegmate solo: aut a mel̄ia mixta flegmati apostema vētosum est 2m duas spēs: vna est caceſia: altera est inflatio: ⁊ inter caceſiā: ⁊ inflationē hec est dn̄ia: quia in caceſia vētus est admixtus in sb̄a membri in inflatione vero est agregatus: ⁊ sepatus nō admixtus mēbro. Apostema aquosum est duplex. s. hydropisis: ⁊ ramex aquosa: ⁊ est apostema: qd̄ nascit in cranco de aquositate: hydropisis vero aquosa dr asclites: ⁊ est aq̄sitas ꝯgregata in ꝯcauitate vētris. s. inter mirach: ⁊ syphach: alia vero aquositas sepat inter sb̄aꝫ mēbri: ⁊ mēbranā. Amplius bothor sunt scd̄m numerū apostematū: earū aūt alie sunt sanguinee: sicut variole: ⁊ alie sunt ex cola rubea pura: sicut sere col̄ice: ⁊ desudationes: ⁊ alie sunt mixte ex eis: sicut morbilli: ⁊ formica: ⁊ claui: ⁊ scabies: ⁊ veruce: ⁊ hoꝝ silia: ⁊ pl̄imū sunt aquose: sicut ampulle: ⁊ qn̄qꝫ vētose: sicut inflature. Tu aūt inuenies in lib° 4° distinctionē: q̄ in dispōnibus apostematū sufficiet: ⁊ bothor: que apostemata parua dicunt: ⁊ hec de egritudine composita sufficiant.

De causa morbi.

Causa morbi. s. effectiua ē duplex: qꝛ alia est cā pmitiua. s. extrinseca corpori: ⁊ alia est cā corporalis. s. intrinseca: cā primitiua. s. extrinseca est q̄ pōt alterare corpus nr̄um: ⁊ sunt sex res nō nāles corpori nr̄o occurrētes. s. aer: cib⁹: ⁊ potus: motus ⁊ quies: somnus: ⁊ vigilia: innanitio: ⁊ retētio: ⁊ accn̄tia al̄: cā vero corporalis. s. intrinseca corpi nr̄o sunt humores: cōpl̄ones: ⁊ cōpōnes. Cā intrinseca aut est an̄cedēs: aut ꝯiūcta cā an̄cedēs sunt humores nō putrescētes: cā vero ꝯiūcta sunt humores putrescētes: vel mala cōpl̄o causata ab eis: mala vero cōpl̄o aut est cū mā aut sine mā: de qbus. s̄. dictū ē. De causis aūt primitiuis: q̄ sunt extrinsece corpi nr̄o satis dictum est in 2a pte: qꝛ sunt sex res nō nāles ⁊ de causis corporalibus: q̄ sunt intrinsece corpi nr̄o: q̄ sunt humores: ⁊ cōpl̄ones: ēt satis dictum est supra. s. in prima parte.

De accidentibus morbi.

De accidētibus morbi dn̄duꝫ est vltimo: est aūt accn̄s morbi res: q̄ sequit dispositionē: q̄ dicit morbus: ⁊ vt inqt Gal. 12. de inge. san. Medici plus accn̄tia febriū nomiare post ponūt: veluti si nō ēent: accn̄tia vero nolant: q̄ raro febrē sequunt: aut vltra quā solēt magna efficiunt: q̄ tribus modis sunt: aut enim erūt in nocumēto actionis: aut vltimate ꝯstrictionis: ⁊ sol̄onis: aut in qualitate corpis. hec Gal. exēplū in nocumēto magno actionis: vt syncopis: est eni syncopis subitus casus virtutis: q fit immediate a mala cōpl̄one cal̄a: vel frigida vehementi alicuius mēbri cōicata cordi: mediate vero fit: vel a cā extrinseca. s. aere nimis cal̄o: aut balneo: cōpl̄o vero frigida maxime fit ex duobus accn̄tibus. s. ex dolore forti: ⁊ euacuatione supflua: dolor vero fit: aut in ore stomaci: aut in intestinis: aut in matrice: aut in aliquo dēte: aut in oculo: aut in aure: aut in capite: hijs septem modis maxime fit. Euacuatio supflua aut fit p fluxū vētris: aut p vomitū: aut p sanguinē nariū: aut per sanguinē hemoroydarū: aut p fluxū menstruoꝝ: his quinqꝫ modis fit supflua euacuatio: vigilie ēt superflue sunt qn̄qꝫ cā syncopis resoluēdo cal̄em innatū: accn̄tia ēt aīe. s. tristitia: ⁊ gaudiū qn̄qꝫ ducūt ad syncopiꝫ: hec dilatādo. s. gaudia: illa vero ꝯstringēdo. s. tristitia. Exēplū in ꝯstrictione: ⁊ solutione pꝫ constrictio. n. nimia nō solū oppilat: sꝫ suffocat: ⁊ sol̄o. i. fluxus nimius resoluit cal̄em nālem: ⁊ ꝯñter virtutem. Accn̄tia vero: q̄ ex qualitate corpis sunt curant curata mala qualitate faciēte morbū: iō hec nō trahūt ad se curā: hec Gal. vbi. s̄. Quare qnqꝫ accn̄tia sunt: q̄ trahūt ad se curā relicto morbo. s. syncopis: dolor: ꝯstrictio: ⁊ sol̄o: vigilie: ⁊ accn̄tia aīe. s. qn̄ cū vehemētia sunt: qꝛ tūc sunt apta inducere syncopim. quare cito succurendū est: ⁊ de hijs. 12°. terapeutice tractat Gal. ⁊ Auic. 7°. colliget: ⁊ hec d̄ accn̄tib⁹ sufficiāt: qꝛ alia curāt curato morbo. Et sic ē finis ptis theorice.

Opusculum de intentionibus curatiuis morborū.

Medicina practica est q̄ docet q̄litatē opādi: ⁊ diuidit in duas ptes: qꝛ vna docet q̄litatē operādi in vl̄i. s. resoluēdo morbos i intētiones curatiuas: vt. i. ꝓposito: ⁊ alia docet q̄litatē opādi in pticulari. s. adaptādo has intētiones ad febres: ⁊ ad egritudines a capite vsqꝫ ad pedes: ⁊ cū morb⁹ in gn̄e sit triplex. s. morbus in cōpl̄one: morb⁹ in cōpōne: ⁊ morbus in vnitate: q dr solutio ꝯtinui. Iō hoc opusculuꝫ in tres tractatus diuidet. In p° tractabit d̄ mala cōpl̄one resoluēdo in intētiones curatiuas: in 2° tractabit d̄ mala cōpōne sic ēt resoluēdo: ⁊ i 3° tractabit de sol̄one ꝯtinui quomodo sil̄r resoluatur in suas intentiones curatiuas.

Tractatus primus.

In hoc p° tractatu tractabit de resol̄one morbi cōpl̄onalis in suas intētiones curatiuas: ⁊ diuidemus i. qnqꝫ capa. in p° tractabim⁹ tres resol̄ones: pa erit signoꝝ in radices suas: vt possimus cognscere morbū: ⁊ cās eius 2° tractabit resol̄o morbi in cās suas: vt possint eligi cāe 2m q̄s fit resol̄o i intētiones curatiuas 3° tractabit resol̄o cārum in intētiones curatiuas: vt morb⁹ recte curari possit. Pro resol̄one signi in radices suas: nota: q̄ cū Gal. in 2° tegni poneret a qb⁹ sumunt signa sanitatis dicēs. Quedā sumunt a sb̄alr inherētib⁹: ⁊ q̄dā sumunt a necessario ꝯñtib⁹: q̄ sunt duo. s. cōpōnes: ⁊ casus. Casus vero dr de q̄litate mutata: ⁊ exētie mutato: p hec dedit intelligere quō signa egritudinis sumēda sint: qd̄ pꝫ p id qd̄ subiūgit: signa egri corpis simpl̄r nō dicem⁹: qꝛ 2m genus dictū est pri⁹ in optime cōpōnis orone:

scdm vo spēs nūc dicet. Quare ꝓprie radices signoꝝ
sunt hec quatuor fm Gal. s. sbalr inherēs: opō lesa: qua/
litas mutata: ⁊ exiēs mutatū: ⁊ cū sbalr inherēs nō
possit aliqñ summi i mēbris intrinsecis: loco eius su
mitur signū a iuuātib⁹: ⁊ nocētibus: vt colligit a Gal.
scdo tegni: q2 mēbrū egrū colligatū est alteri mēbro:
ideo summit aliud signū a mēbro colligato: qd dr si/
gnū sumptū ab accidētibus ꝓportionatis fm Auic.
in quibusdā ēt morbis summit signū a dolore: ⁊ apostē
mate: vt dicit Auic. 2ª fen primi. Silr ēt signū largo
mō a reb⁹ nālibus: ⁊ nō nālibus. A nālibus qdē a cō
plexione: habitudine. i. cōpōne: etate: sexu: a reb⁹ ve
ro nō nālib⁹: a regimine pcedēte ex parte aeris: tpis
anni: ⁊ regionis: ex pte: cibi ⁊ potus: ex pte motus: ⁊
quietis: ex pte somni: ⁊ vigilie: ex parte innanitiōis:
⁊ retētions: ⁊ ex pte accedētiū al. Hijs pmissis resol/
uunt signa in radices suas: in exēplo de soda hoc pa/
cto si soda sit a mala cōplex: de sine mā: signū a sbalr
inherētib⁹ male cōplexionis ē qualitas mutata pce
pta a tactu: siue sit calitas: siue sit frigiditas: signū ve
ro priuationis māe ē priuatio grauitatis: q2 mā sola
facit grauitatē: ⁊ signū sumptū a grauitate est signū
sumptū ab opōne: ⁊ nō summunt alia signa in hoc si
vero mala cplexio est cū mā: pura ex sanguine: signū
sbalr inherēs est calitas magna: ⁊ lenis pcepta a ta/
ctu: magna qdē inquātū sanguis calus ē: lenis vero
inquātū sanguis est humidus: signū vero ab opōne
lesa est dolor grauatiuus cū pulsatione: ⁊ tēsione: gra
uatiuus qdē: q2 ꝓpriū est māe grauare: cū pulsatione
vero rōne plenitudinis arteriaꝝ pulsatiliū: ⁊ cū ten
sione rōne plenitudinis venarū: ⁊ arteriarū: signū ve
ro sumptū a qlitate mutata est rubedo faciei: ⁊ ocu/
loꝝ: est. n. oculus verus nūtius cerebri: signū vero ab
exeunte mutato est fex in naribus declinās ad rube/
dinē: ⁊ q2 cerebrū colligatū est cū corde mediātibus
arterijs: iō pulsus fit magnus: ⁊ plenus: ⁊ q2 cerebruꝫ
colligatū est cū epate mediātib⁹ neruis: iō vene ple/
ne: ⁊ tēse sunt: ⁊ vrina rubea grossa: q̄ pcedit ab epa
te: ⁊ venis. Silr dr de mala cōplexione colerica: q2 si
gnū sbalr inherēs est calitas acuta pcepta a tactu: si/
gnū ab opōne lesa est dolor pungitiuus: vel mordica
tiuus: signū a qlitate mutata ē calor faciei: ⁊ oculoꝝ
declinās ad citrinitatē: signū ab exeunte mutato est
fex in narib⁹ declinās ad citrinū: signū ex colligātia
cordis est pulsus velox: signū ex colligātia epatis est
vrina tincta versus igneū colorē. Silr de mala cōple
xione flegmatica signū a sbalr inherētib⁹ est frigidi/
tas lenis: sine cū humiditate pcepta a tactu: signuꝫ
ab opōne lesa est dolor grauatiuus obtusus cuꝫ adhe
rentia: signū a qlitate mutata est color albus: vel pa
lidus in facie: ⁊ oculis: signū ab exeūte mutato ē fex
naris declinās ad albū: signū ex colligātia ad cor: est
pulsus mollis: ⁊ rarus: ⁊ signū ex colligantia ad epar
sunt vrine discolorate. Silr de mala cōplexione melē
colica dr: signū a sbalr inherētibus est frigiditas ar
rida: sine cū siccitate pcepta a tactu: signū ab opōne
lesa est dolor grauatiuus malus cū occultatione. i. in
pfundo: ⁊ nō supficialis: q2 sua grossitie nō pōt pue/
nire ad supficiē malus vero: q2 difficilioris curatio/
nis: vt dixit princeps: signū a qlitate mutata est co/
lor liuidus: siue plumbeus faciei. s. ⁊ oculoꝝ: signū ab
exeūte mutato est fex naris declinās ad nigrū: signū
ex colligātia ad cor est pulsus durus: signū ex colligā
tia ad epar est vrina liuida. Si vero dolor ex vētosi-

tate pueniat signū a sbalr inherētib⁹ nō summit nisi
mediāte cōplexione: quā seqt. q̄ frigida est: quare fri
giditas pcipit a tactu: signū ab opōne lesa est dolor
extēsiuus: ⁊ pmutatiuus: ⁊ mineratio grauitatis re/
spectu humoris: signū a qlitate mutata est tensio ce/
dens tactui: signū ab exeūte mutato est vētositas: si/
ue cū sonitu: siue sine sonitu. Sonitus vero vētosita/
tis: q seqt impulsionē factā a manu nō ꝓprie qlitas
mutata dr: q2 qlitas mutata dr ptinere ad visuꝫ: vl
tactū: vt colligit 2° tegnitū large e/s qlitas pcepti/
bilis ab aliq sensu qlitas mutata dici pōt. Pro reso/
lutione vero morboꝝ in cās: opꝫ intelligere morbū
in cas cās resolui debere: a qb⁹ intētiones: curatiue
summi pñt: qm resolo morbi in cās tandē in resolo/
nem curatiuā ordinat: quare in cās mālēs: ⁊ efficien
tes tm̄ morbū resolui necesse est: qm ab hijs tm̄ inten
tiones curatiue summunt: ptermittēde igit sunt cāe
formales ⁊ finales: ⁊ tm̄ de mālibus: ⁊ efficiētib⁹ dicē
duꝫ est. Mālis vero cā duplex est. s. in qua: ⁊ est subie
ctum: ⁊ ex qua si aliqd cōponit ex ea: ⁊ vtrāqꝫ vel al
terā tāgere opꝫ scdm exigētiā rei. Resoluemus vero
morbū in cās dictas: si morbū p dictas cās diffinie/
mus: a qb⁹ causis oēs morbi diuisiōes sūmi pñt. v. g.
Quid est soda? inqt Princeps soda est lesio in mē/
bris capitis a mala cōplexione: vel soluta cōtinuitate
pueniēs: vel ab vtrisqꝫ: p id qd dr in mēbris capitis
tangit cā mālis in qua. s. subtus: iuxta quā cām ma
terialē pōt summi hec diuisio sode: q2 soda alia pōt
esse in toto capite: ⁊ dr cephalea: alia pōt eē in pte: ⁊
tūc vel est in medietate: ⁊ dr emigranea: vel in qrta
parte: ⁊ dr monopagia: vel i paruo loco fixa: ⁊ dr cla
uus: ⁊ nō sufficit scire talē locū in vli: sꝫ in pticulari
opꝫ scire: si est i pāniculꝭ itrinsecis: puta i dura mre:
vel pia mre: vel est in pāniculo extrinseco tegēte cra/
neū. s. in almuchetim: signa distinctiua fm Gal. 3° de
interiorib⁹ cap. 3° sunt: q2 si dolor cōicat oculis ex di
recto est in pia mre: si vero cōicat nō ex directo: sꝫ la
teralr est in dura mre: ⁊ si nō cōicat oculis est in pan
niculo exteriori. s. in almuchetim: ⁊ cū caput sit colli
gatū cum alijs mēbris dat intelligi alia diuisio. s. q2
hec lesio: q̄ dr soda: aut est in capite p colligātiam ab
alijs mēbris: q̄ prius patiunt: mēbra vero: q̄ patiunt
capiti: ⁊ pñter cōicant capiti: alia p venas cōicāt vt
mirach: ⁊ matrix: alia p arterias: vt cor: alia p venas
vt epar: splen: ⁊ renes. Per id vero: qd dr a mala cō
plexione pueniēs tāgit cā efficiēs immediata: ⁊ dat
intelligi cā efficiēs mediata: q̄ est duplex. s. cā primi/
tiua: ⁊ cā corporalis. Causa pmitiua dr cā extrinseca
corpi potēs alterare corpus nostrū: sicut sunt sex res
nō nālis necessario corpi nro occurrētes. s. aer: cib⁹ ⁊
potus: motus: ⁊ qes: somnus: ⁊ vigilia: innanitio: ⁊
replo: ⁊ accidentia al: cā vero corporalis dr q̄ est in
trinseca corpi nro: vt sunt humores: vētositas: ⁊ va/
por: ⁊ est duplex: q2 alia est cā añs: ⁊ alia cōiuncta fa/
ciēs malā cōplexionē q̄ mala cōplexio: vl est cū mā:
aut: sine mā. Si sine mā: aut simplex: aut cōposita: si
simplex: aut cala tm̄: aut frigida tm̄: aut humida tm̄:
aut sicca: si cōposita: aut cala: ⁊ humida: aut cala: ⁊
sicca: aut frigida: ⁊ humida: aut frigida: ⁊ sicca: hu/
mida sine mā nequaqꝫ dolorē facere pōt: si vero sit
mala cōplexio cū mā: aut est cala: aut frigida: si cala:
aut sanguinea: aut colica: si frigida aut flegmatica:
aut melica: ⁊ sic hēs oēs diuisiones sūa ex parte cause
efficiētis: qꝫ mālis. Hic cadit difficultas: cuꝫ humor
fit causa

sit cā mālis egritudinis: quō pōt esse cā efficiēs: cum
ph̄s dicat 2° phi[r] q̄ mā: ⁊ efficiēs nō coincidūt. Rn̄/
det q̄ duplex est mā. s. in q̄: ⁊ est sb̄rū: ⁊ alia est mā ex
qua aliqd cōponit: mā in q̄: ⁊ efficiēs bn̄ coincidunt:
q2 sb̄tum est cā efficiēs passionis: ⁊ est mā in q̄ est pas
sio: s3 mā ex q̄: ⁊ efficiēs nō coincidūt: mō humor est
mā in q̄ est mala cōplo: iō pōt eē cā efficiēs. Pro re/
solōne cārum in intēriones curatiuas mō dn̄du3 est.
Cause vero morbo℞ sunt diuersificate 2° diuersitates
morbo℞. Tria aūt sunt gn̄a morbo℞: vt dictum est. s.
morbus in cōplone: morbus in cōpōne: ⁊ morbus in
vnitate: mō tm̄ de resolōne cārum morbi cōplonalis
dn̄dum est. Est aūt mala cōplo duplex. s. aut sine mā:
aut cum mā: ⁊ sic duplex est cā in gn̄e male cōplonis
mālis: vna est malitia cōplonis: ⁊ alia est mā: malitia
cōplonis resoluit in intēriōnē curatiuā. s. in altera/
tionē p̄ 2riū: q2 oīs curatio fit p̄ 2riū: sicut 2seruatio
sanitatis fit p̄ silia: ⁊ spālr descēdendo: si mala cōplo
est frigida: intētio curatiua est p̄ cala: ⁊ si cala est per
frigida fit intētio curatiua: si alia cā ē replo: vel māt
intētio curatiua est p̄ euacuationem: q2 egritudines:
q̄ sunt ex plenitudine euacuatio sanat: siue mō p̄ flo/
bothomiā: siue p̄ pharmaciā dicet infra in canonib9
ponendis circa euacuationē: ⁊ ēt circa alterationez.

De resolōne male 2plonis i itētionē curatiuā i 2° c°.

In secūdo capitulo.

In hoc 2° cap°. declarabimus intētionē curati/
uam male cōplonis nō solū in vli dicēdo eā de/
bere curari p̄ 2riū: sed in spāli: q̄ d3 curari p̄ 2rium
eq̄le in gradu: ⁊ quāto potētiori: iuxta qō ponemus
duos canones. Primus canon est iste: Q3 alteratio
male cōplonis d3 fieri p̄ 2riū equale in gradu exitus
illius cōplonis a tēpamento. i. si exit p̄ duos gradus
fiat alteratio p̄ 2riū in 2° gradu ⁊ si p̄ plures gradus
exit fiat alteratio p̄ 2riū in pluri gradu: ⁊ si p̄ paucio
res gradus exit fiat alteratio p̄ 2rium in remissiori
gradu v. g. si iuuenis colicus i p̄° gradu incidit febrē:
⁊ trahat ad 2m gradū calitatis: op3 ipsum curari p̄
2m gradū frigiditatis. i. p̄ frigidū in 2° gradu Scd̄s
canon: Q3 2m maiorē elongationē a cōplone nāli op3
vti in cura fortiorib9 2riis: ⁊ potētiorib9 ⁊ 2m mino/
rem elongationē minus fortib9: ⁊ minus potētibus
2riis op3 vti: mēsura aūt elongationis a sua nāli cō/
plone cognoscit p̄ cōplonē nālem cognitā: ⁊ p̄ etatē:
⁊ p̄ regionē: ⁊ tēpus anni: ⁊ p̄ regimē vite: ⁊ p̄ 2suetu
dinē v. g. si iuuenis colicus in p̄° incurrat febrē coli/
ca3 in regione cala: ⁊ tpe calo cū dieta cala: ⁊ trahat
ad 2m gradū calitatis parū p̄mutatus est a sua com/
plone nāli: q2 p̄ vnū gradū tm̄: ⁊ dr egritudo pportio
nalis: si vero senex flegmaticus in p̄° incurrat febre3
colicā: ⁊ trahat ad 2m gradū calitatis: multū p̄muta
tus ē a sua cōplone nāli: q2 p̄ duos gradus: q̄re senex
potētiorib9: ⁊ fortiorib9 frigidis in 2° gradu indiget
p̄ curatione: q̄3 iuuenis Circa hos canones sunt
due diffi[tes] Prima diffi[tas] circa p̄m quō alteratio fieri
debeat p̄ 2riū equale i gradu: q2 nō p̄ eq̄le in gradu
formali: qm̄ medicinis alteratiuis nō sūt positi grad9
formales: s3 virtuales tm̄: vt p3 de pipere: croco: ga/
riofilo: cāphora: ⁊ hmōi: non vr ēt p̄ equale in gradu
virtuali: q2 ab equalib9 in gradu virtualr nō p̄uenit
actio 2m ph̄um 7° phi[r]: ⁊ rō est: q2 q̄ sunt equalia in
gradu virtualr hn̄t eq̄lē virtutē: s3 v̄tutes eq̄les 2rie
sunt eq̄ potētes: igit nō agūt: nec patiunt adinuice3:
p3 2n̄tia: q2 actio d3 p̄uenire a pportione maioris ine
qualitatis pōe actiue. s. passum. Scd̄a diffi[tas] ē cir/
ca 2m canonē: quō 2m maiorē elongationē a cōplone
nāli oporteat vti p̄ curatione 2riis potētiorib9: siue
fortiorib9: q2 senex flegmaticus in p̄° gradu patiēs fe
brē tertianā magis elongat a cōplone nāli: q̄3 iuue/
nis colicus in p̄° gradu patiēs tertianā: vt p3: ⁊ tn̄ ta
lis senex nō indiget frigidis potētiorib9 p̄ curatiōe.
s3 minus potētibus: q̄3 iuuenis: p3: q2 iuuenis nō pōt
curari: nisi cū frigidis hn̄tib9 frigiditatē satis inten/
sam: vt cū aqua cucumeris: ⁊ hmōi pp̄ p̄mutationē:
quā recipiunt medicine frigide in corpe iuuenili ad
sb̄a3 igneā a fortitudine caloris eius: s3 hmōi frigida
ita intēsa aproximata seni extingūt calorē innatum
eius: igit senex p̄ cura indiget frigidis minus potēti
bus: q̄3 iuuenis: ⁊ h̄ voluit Aue. 7° colliget 9a Gal.

Secunda difficultas

Rx[do]. ad p̄[am] diffi[tem]. dr: q̄ alteratio d3 fieri p̄ 2riū
equale in gradu virtuali: ⁊ effectiue tali: dr virtuali
vt cognoscat in quo gradu d3 eē medicina alterati/
ua: q2 positi sunt gradus virtuales medicinis altera
tiuis: nā medicina p̄mi gradus insensibilr alterat: ⁊
insensibilr nocet: ⁊ medicina scd̄i gradus sensibilr al
terat: ⁊ insensibilr nocet: ⁊ medicina tertij gradus
sensibilr alterat: ⁊ sensibilr nocet: ⁊ medicina quarti
gradus p̄niciosa est: ⁊ dr effectiue tali: q2 non sufficit
capere medicinā equalē in gradu virtuali: nisi cum
effectu potēs sit expellere morbū: qm̄ medicina vni9
gradus pōt eē magis potēs: ⁊ minus potēs 2m q̄ in
maiori quantitate: vel minori aproximat: vel 2m q̄
frequētius: vel minus frequent aproximat: vel 2m q̄
est in sb̄a magis dēsa: vel minus dēsa. Ex hijs p3 rn̄sio
ad p̄[us] posita 2ria inter equalia in gradu virtuali: ⁊
equalia in gradu virtualr: q2 equalia in gradu vir/
tualr semp̄ hn̄t equalē virtutem: s3 equalia in gradu
virtuali nō: ⁊ iō ad formā argumēti rn̄dēdo: cum ar/
guit ab equalib9 in gradu virtualr nō p̄uenit actio:
igit ab equalib9 in gradu virtuali nō p̄uenit actio:
negat 2n̄tia.

Respondendo ad primam.

gradus medicinas (manuscript note)

Ad scd̄am diffi[tez] rn̄det Gētilis q̄rta
p̄mi dicēs: q̄ in tali casu senex indiget: plus infrigi/
dari: q̄3 iuuenis: q2 magis distēpatus ē in calore: ⁊ tn̄
nō ita cito pōt infrigidari senex: sicut iuuenis pp̄ ca/
sum virtutis: s3 op3 paulatim aproximare frigida se
ni: iuueni vero in vna vice pn̄t aproximari: in tota
tn̄ cura senis erit maior frigiditas: q̄3 in cura iuue/
nis: hec Gētilis. Ex hijs dn̄t aliq: q̄ in cura senis ma
ior est frigiditas: q̄3 in cura iuuenis: q2 maior est fri/
giditas extēsiue. Arcolus dixit: q̄ frigidiora cōpetūt
seni: s3 potētius frigida iuueni s3 quō sit hoc nō decla
rat. Propterea nos alr dicamus declarando hanc
diffi[tez]: ⁊ p̄° dicimus: q̄ tā senex: q̄3 iuuenis h3 curari
p̄ frigida equalia in gradu: p3 p̄ p̄m canonē: q2 ambo
tā senex: q̄3 iuuenis equalr elongant a tēpamēto: ex
quo sequit q̄ nō cōpetūt frigidiora vni: q̄3 alteri scd̄o
dicimus: q̄ senex potētiorib9 frigidis indiget: q̄3 iu/
uenis: p3 p̄ 2m canonē: q2 elongat magis senex a com
plone nāli: q̄3 iuuenis: sed quō sit hoc statim patebit
ponēdo 2cordiā inter Gal. ⁊ Aue. Quare p̄ 2cordia
inter istos aduerte: q̄ frigida eiusdē gradus potētio/
ra dn̄r duplr: vno mō: q2 in maiori quātitate aproxi/
mata p̄ vna vice: ⁊ alio mō: q2 frequētius iterata: ⁊ p̄
illo canone 2° seruādo sufficit: q̄ 2ueniāt potentiora
altero isto℞ modo℞: ⁊ seni in casu isto 2ueniūt poten
tiora frigida 2° mō. s. quia frequētius administrata:
quare vterq3 bene dicit.

Respondendo ad secundam.

De debita euacuatione materie scd̄m peccatu3 in
quanto: vel in quali in tertio capitulo.

In hoc 3° cap. circa intẽtionẽ euacuationis mãe in vlī ponẽdi sunt canones: sʒ p̄° nota: q̄ nō est faciẽda euacuatio aliq̄ mō alicuius mãe nisi egrediatur cursuʒ nãe vel in quãto: vel in q̄li: vel in vtroqʒ: vel in toto corpore: vel in pte: cū aūt egredit̄ in quãto ꝯuenit replō ſm vasa: q̄ facit laborẽ extẽsiuū: cuʒ aūt ē egredit̄ in q̄li ꝯuenit replō ſm virtutẽ: q̄ facit dolorẽ vlcerosuʒ: ꝛ cū egredit̄ in quãto: ꝛ q̄li simul ꝑuenit replō ſm vasa ꝛ virtutẽ: ꝛ hec facit laborẽ apostemosum. i. extẽsiuū: ꝛ vlcerosum: q̄re p istis euacuationib⁹ faciẽdis ponent̄ isti canones.

Primus de quãto.

Primus canon cū humores egrediunt̄ cursuʒ nãe in quãtitate: tunc euacuatio ꝯueniẽs est p flobotham: siue in quãtitate solū sit pctm̄: siue in quãtitate: ꝛ q̄litate simul: rō est: q꞉ flobotha ē euacuatio vlis m̄ltitudinẽ euacuãs: multitudo aūt est agregatū humoꝝ sup equalitateʒ ipsoꝝ in venis: vt dicit Auic.

Scđs de quali.

Scđs canon: cū humores egrediunt̄ cursuʒ nãe in q̄litate solū. i. in malitia: tūc euacuatio ꝯueniẽs est p farmatiã: ꝛ rō est: q̄a sicut flobotha est euacuatio vlis p̄° respiciẽs augmentum humoꝝ in quãtitate: sic farmatia est euacuatio pticularis p̄° respiciẽs malitiã humoꝝ in q̄litate.

Cōtra primum.

Cōtra p̄m canonẽ arguit̄: q꞉ flobotha nō solū est ꝯueniẽs: qñ est pctm̄ in quãtitate sanguinis aut in quãtitate: ꝛ q̄litate simul: sʒ etiã qñ ē pctm̄ in q̄litate solum p Auic. in cap. de flobotha dicẽtẽ. Unusqsqʒ q flobothomat̄ aut flobothomat̄ pp multitudinẽ sanguinis: aut pp ipsius malitiã: aut pp vtrūqʒ: nota verbū: aut pp ipsius malitiã. Cōtra 2m canonẽ arguit̄: q̄ farmatia euacuat nō solū humores peccãtes in q̄litate: sʒ ēt in quãtitate: ꝛ q̄litate simul: ꝓbat̄ q꞉ qñ aliij humores a sanguine peccãt in q̄litate: possent tm̄ augmẽtari vt peccarẽt in quãtitate: sed flobotha nō pōt hos euacuare: q꞉ positū ē q̄ sint separati a sanguine: quare ꝛc.

Ad primū

R° ad p̄m cū arguit̄ p Auic. cap. de flobothomia: q̄ flobotha euacuat seorsum malitiã sanguinis: igit̄ qualitatẽ: dr̄ q̄ loqt̄ de euacuatione per accñs ipsius. s. qñ euacuat humorẽ mixtū sanguine: sed p se nō euacuat nisi quãtitatẽ: aut quãtitatẽ: ꝛ q̄litatẽ simul.

Ad scđm.

Ad 2m negat̄: q̄ aliij humores a sanguine possint peccare in quãto. s. vlī nisi sanguis peccet in quãto: ꝛ rō ē: q꞉ plus sanguinis ꝓportionabilr gñat̄ ex cibo: q̄ʒ alioꝝ humoꝝ: q̄ stante flobothomia magis ꝯueniret: sʒ in quãto pticulari aliij humores a sanguine bñ pñt peccare: ꝛ dr̄ in quanto pticulari. s. qñ plus pñt augmẽtari: q̄ʒ tolleret virtus: ꝛ tunc debent euacuari p farmatiã: ꝛ a principio: siue eradicatiue: sicut in materia furiosa: siue minoratiue: sicut in materia multa: vel venenosa.

¶ De euacuatione copiosa: vel nō copiosa in 4° cap.

In hoc 4° cap. de euacuatione copiosa: vel non copiosa dicẽdū est: ꝛ p̄° p flobotham 2° p farmatiam. Pro q̄ nota q̄ flobothomia ĩ quãtitate triplr variat̄: q꞉ aut ē flobothomia copiosa: aut diminuta: aut media. Primus canon circa flobotham. Qñcūqʒ fit flobothomia p se. s. rōne sanguinis peccãtis dʒ eē copiosa: ꝛ non dʒ trãsire tertiã diẽ. Scđs canon. Qñcūqʒ fit flobotha p accidens. s. rōne humoris peccãtis mixti cū sanguine: nō dʒ eē nec copiosa: nec diminuta valde: sed media: ꝛ si possibile est dʒ fieri vsqʒ ad 3m piodū. Terti⁹ canon. Qñcūqʒ fit flobothomia p accñs. s. rōne diuersionis: dʒ eē diminuta ꝛ quãto citius: tãto melius. Cōtra p̄m canonẽ de euacuatiōe sanguinis p se arguit̄: q꞉ quero qd intelligis per copiosam euacuationẽ: aut intelligis illã: q̄ euacuat vsqʒ ad syncopim inclusiue more Gal. aut vsqʒ ad syncopim exclusiue more alioꝝ: nō p̄° modo: tñ q꞉ nã nūquã sic euacuat: ḡ nec ars sic euacuat̄ dʒ: tñ q꞉ sic euacuãdo: euacuat̄ plusq̄ʒ id: qđ peccat: qđ nō conuenit: quare ꝛc. nec 2° mō q꞉ est ꝯ Hypocratẽ circa finẽ scđe pticule dicẽtẽ. Scđm multū: ꝛ repente euacuare: aut replere: aut calefacere: aut infrigidare: aut q̄nolibʒ corpus moueř fallax: ꝛ oĩo inimicū nãe paulatim vero certū ꝛc. Cōtra diẽ euacuatiōis arguit̄: q̄a Gal. 9° de ing. san. dicit. Tu vero vtere hijs: q̄ vidisti: nō curãs numeꝝ dierū: sʒ virtutẽ infirmi ꝑquirens vtrū sit fortis: ꝛ tūc minue nō solū in tertia die: sed in quacūqʒ hora veneris ad eū. Cōtra 2m canonẽ de flobotha p accidẽs rōne humoris peccãtis mixti cum sanguine ꝯ arguit̄: q̄ nō ꝯuenit flobotha q꞉ flobotha est euacuatio vlis multitudinẽ euacuãs: sʒ cuʒ non peccet multitudo sanguinis hic: igit̄ nō ꝯuenit flobotha quare nec multū: nec parū. Cōtra 3m piodū arguit̄: q꞉ accipit̄ ab Auic. in cap. de cura tertiane pure: vbi dicit: si est possibile flobotha vsqʒ ad 3m piodum: ꝛ cã assignat̄ a Gẽtili: vt possit bñ talis humor misceri sanguini: ꝯ q꞉ si colla pura requirit tres piodos: vt possit bñ misceri sanguini: igit̄ colla grossa requiret plus tpis: vt possit bñ misceri: q̄re ꝛc. Cōtra tertiū canonẽ de flobotha p accñs diuersiua: q꞉ dictū est: q̄ dʒ fieri euacuatio diminuta: ꝯ q̄a flobotha diuersiua nō ꝯuenit in dolore: ꝛ ĩ apostemate: qm̄ Gal. in hijs facit flobotha vsqʒ ad syncopiʒ: vt pʒ ĩ cõmẽto illius Aphor. Et vbi opʒ vsqʒ ad defectionẽ ducere: igit̄ copiosa ꝯuenit: ꝛ nō diminuta. Contra partẽ diuersam arguit̄: q꞉ Auic. q̄rta p̄mi dicit. Cūqʒ ad diuersuʒ trahere volueris p̄° mẽbrũ a q̄ trahis: dolorẽ seda: ꝛ caue ne sup p̄ncipale trãsitū facias: sʒ si diuertis ad partẽ sinistrã: tu trahis versus cor: ꝛ si ad partẽ dextrã tu trahis versus epar: ḡ nō ꝯuenit diuersio. Cōtra sedare dolorẽ arguit̄: q꞉ sedatio doloris ſʒ Auic. quarta p̄mi cap. penult° fit cū hijs: q̄ cõplexionẽ mutant: aut stupefaciūt: aut resoluūt mãm: sʒ mutat̄ cõplexionẽ impossibile est stãte mã: stupefactio nō ꝯuenit: si dʒ fieri diuersio: vel resolō: q꞉ firmat mãm ibi: quare ꝛc. R° p primo canone saluãdo: cū queris qd p copiosaʒ euacuationẽ intelligere opʒ: dr̄ q̄ intelligit̄ euacuatio vsqʒ ad syncopiʒ exclusiue: vl̄ ĩclusiue: exclusiue reglarit̄ opãdo: inclusiue vero coacte: iuxta illud Hyp.is Et vbi opʒ vsqʒ ad defectionẽ ducere: p via cõi fit semp regularit̄ opando: p qua rñdet̄ ad dictum Hyp.is scđm multū: ꝛ repẽte euacuare fallax: ꝛ inimicū nãe est: dr̄ q̄ intẽdit sic opari ſm plimū fallax est: ꝛ oĩo inimicū nãe: sed aliqñ: ꝛ raro sic opari (sicut in pctō sanguinis) est vtile valde: vt in febrib⁹ sanguineis. Pro via vero Gal. ꝛ Hyp.is copiosa euacuatio vsqʒ ad syncopim inclusiue vtilis est aliqñ. s. qñ patiunt̄ defectiones ex humoribus acutis in ore stomaci: vel ex febribus pacutis angustias maximas patiunt̄: ꝛ Gal. explicat: q̄ maxime in tribus casib⁹ cõuenit talis euacuatio. s. in acutissimo apostemate: in febricitãtibus pacute: ꝛ in maximo dolore: ꝛ hoc nō est faciendū nisi virtus custodiat̄: fit ergo euacuatio vsqʒ ad syncopim recupabilẽ. Ad aliud argumẽtum de die euacuationis: cū arguis ꝯ per dictū Gal. nono de ing. san. s. tu vero vtere hijs: q̄ vidisti nō curans numerū dierū: sʒ virtutẽ infirmi ꝑgras vtrū sit fortis: ꝛ tunc nō solū in tertia die: sed in quacūqʒ

hora

hora veneris ad ipsuz flobotbomia: dr: ꝙ illud dictũ Gal. moderaꝛ ab ipso ꝑ id: qd subdit: nisi videris aliqd ortũ ex negligentia medici postponẽtis flobotbam qd curari indigeat: sicut si fieret magna inflãmatio: que aqua frigida indigeret: inquisito prius ꝙ non noceat. Pro 2o canone saluãdo de flobotba ꝑ accñs rõne humoris mixti cũ sanguine: cũ arguiꝛ ꝙ talis flobotba non dz esse media inter copiosam: ⁊ diminutã: qꝛ flobotba diffiniꝛ ab Auic. ꝙ ẽ euacuatio vlis multitudinẽ euacuãs: sz si euacuat multitudinẽ necessario est copiosa: quare ⁊c. dr ꝙ Auic. diffinit solũ flobotbam ꝑ se ⁊ illa bñ euacuat multitudinẽ: sz nõ flobotbomia ꝑ accñs. Ad aliud cũ arguiꝛ ꝙ nõ solũ opz expectare vsqz ad 3m periodũ: sz vltra: qꝛ talis expectatio fit: vt mã possit bñ misceri cum sanguine: sed mã grossa plus tẽporis requirit ad bñ misceri: qz mã subtilis: quare ⁊c. dr: ꝙ hoc nõ est ꝯ canonẽ: qꝛ intendit ꝙ dz ad minus expectari tm̃ tẽpus si possibile est: qd dr ꝑ tanto: qꝛ posset accidere aliqd: ꝑꝑ qd non posset expectari tm̃ tẽpus. Pro tertio canone saluãdo de flobotba ꝑ accñs diuersiua: qꝛ flobotbomia diuersiua ꝯuenit apostẽ: ⁊ dolore: sz in hijs requiriꝛ flobotba copiosa 2m Gal. s. vsqz ad syncopim: vt pz in ꝯto penultimi aphor. ꝑme ꝑticule: ⁊ dr cõiter distinguẽdo de dolore: ⁊ apostẽ rõne mãe: qꝛ si fuerint ex mã sanguinea: vel colica mixta sanguini: hijs flobotba copiosa ꝯuenit: si vero fiãt ex mixtione sanguinis cũ flegte: ⁊ vel melia flobotba diuersiua ꝯuenit: q̄ diminuta est. Nõ satisfacit nobis: qꝛ Auic. quarta fen ꝑmi capo de cura apostum dicit: ꝙ in ol apostẽ a ꝑno ꝯueniũt repercussiua: ⁊ q̄ ad diuersum trahũt: sz in calis apostematibꝰ repercussiua debẽt eẽ frigida: ⁊ stiptica: sz in frigidis debẽt calã misceri cũ frigidis: vt squinãtũ: mõ si in ꝑno ꝯueniũt q̄ ad diuersum trahũt: ⁊ silr repercussiua: igiꝛ flobotba diuersiua ꝯuenit in ꝑno in omni apostẽ: vel aliud aliqd trahens ad diuersum. Quare nos alr dicimus de mente Gal. in ꝯto penulti aphor. ꝑme ꝑticule. s. dãdo significationes: qñ copiosa flobotbomia ꝯuenit: ⁊ qñ nõ: qꝛ si ex apostematibꝰ: ⁊ doloribꝰ fiãt angustie magne: ⁊ defectiones tũc flobotba copiosa ꝯuenit ꝯstante virtute: si vero nõ fiant angustie magne flobotba copiosa non ꝯuenit: sz magis diuersiua diminuta. Ad aliud cũ arguiꝛ ꝯ partẽ diuersam: ad quã trahis: qꝛ si trahis ad finistrã: tu transis super cor: ⁊ si trahis ad dextrã: tu transis super epar: dr cõiter: ꝙ intẽdit Auic. ꝙ nõ dz fieri trãsitus sup mẽbrũ principale tanquã ad terminũ: sed tãquã per viã nõ inconuenit vt vlterius trãseat mã. Gentilis dicit: ꝙ intelligiꝛ illud regulariꝛ operando: sed coacte nõ inconuenit: qꝛ purgamus cerebrũ: ⁊ mã transit ad epar: diceret via cõis: ꝙ nõ figiꝛ ibi: sed vlterius trãsit. Ad aliud cũ dr. Cũqz ad diuersuz trahere volueris prius dolorẽ seda: tu arguis ꝯ: qꝛ triplr fit sedatio doloris: aut mutãdo cõplonem mẽbri: aut stupefaciẽdo: aut resoluendo: sed nullũ hoꝝ ꝯuenit: dr a Dino: ꝙ si dolor leuis est non ꝯuenit sedare: si fortis: coacte ꝯuenit flobotba vel farmatia: ⁊ sic sedaꝛ fortiter euacuãdo. Gẽtilis dixi: si dolor est cã fluxus prius seda dolorẽ: si vero est effectus fluxus nõ opz sedare dolorẽ: ⁊ si diceres in pũctura nerui dolor fit: q nõ est cã fluxus: nec effectus: qd tunc agere debemus: Dr: cum mitigãtibus dolorẽ ꝑo ab extra cũ oleo rosato: ⁊ vino añ. in qbus buliãt lumbici terestres: ab intra dando terbẽtinã cũ serapino: ⁊ oleo rosato. Circa quãtitatẽ euacuationis ꝑ farmatiã ponunꝛ duo canones.

Primus canon circa farmatiã. Qñcũqz mã fuerit digesta: vel furiosa: euacuatio eradicatiua ꝯueniẽs est: ⁊ ꝯñter copiosa: sz digesta in statu ꝯuenit: furiosa vero in ꝑno ⁊ hic est aphor. Hypp. in ꝑma particula aphorꝝ. vbi dicit. Digesta medicari: ⁊ mouere non cruda: nisi furiosa sit. Scds canon Incboantibus morbis si qd videꝛ mouẽdum moue: hec Hypp. scda ꝑticula aphorꝝ. Et Auic. suplet in qbus casibꝰ mouere ꝯueniat a ꝑno quarta fen ꝑmi capo ꝑo ⁊ 4o can. capo scias ꝙ intẽtio in medicãdo febres ⁊c. vbi dicit. Qñ times victoriã humoris. s. nãm: ⁊ tũc in ꝑncipio euacuare ꝯuenit: qd ꝯtingit in tribꝰ casibꝰ ꝑo qñ mã mobilis est de mẽbro ad mẽbrũ: q̄ dr furiosa: de q dictũ est in ꝑo canone: 2a qñ mã peccat in quãtite: 3a qñ peccat in venenositate. Cõtra ꝑm canonez arguiꝛ ꝯ mãm digestã: ⁊ probaꝛ: ꝙ nõ dz euacuari in statu ꝑ Hypp. in fine secũdi canonis ꝑtãti: vbi dicit: in statu vero silentiũ hẽre melius est. Q si dicaꝛ: ꝙ intẽdit: ꝙ non debes mouere in statu: qñ expectaꝛ crisis a nã: ꝯ arguiꝛ: qꝛ quero qñ vis mouere in statu aut in ꝑma pte: aut in scda nõ in ꝑma pte: qꝛ dicit Auic. quarto can. apd statũ vero nõ moueas donec nã vincat: ⁊ digerat: ⁊ loquiꝛ de ꝑma pte: nec in scda pte: qꝛ tu debes expectare donec nã moueat dicit Auic. ⁊ si non mouet: moue tu hora motus eius: quare trãsibis statum. Cõtra eradicationẽ mãe digeste arguiꝛ: qꝛ si in statu fit euacuatio eradicatiua humoris digesti: igiꝛ tunc cessabit febris: quare febris erit sine declinatione: ꝯñs falsum: qꝛ oĩs febris salubris hz quatuor tempora. Cõtra furiositatẽ mãe arguiꝛ: ꝙ nõ põt euacuari eradicatiue: qꝛ quãtitas medicine mẽsuraꝛ ex duobus 2m Auic. quarta ꝑmi capo ꝑo. s. ex nã mẽbri: vel corpis: ⁊ ex q̄ntitate egritudinis: nã mẽbri cognosciꝛ ex quatuor. s. ex cõplone: cõpõne: situ: ⁊ virtute: ⁊ de situ duplr ꝑ loco: ⁊ ꝑ societate: ⁊ ꝑ loco opz scire: si mẽbrũ patiens sit ꝓpinquũ: vel longinquũ: vt possit mẽsurari quãtitas mãe: sz in mã furiosa non põt cognosci mẽbrũ patiẽs: cũ mã sit mobilis de mẽbro ad mẽbrũ: ex quãtitate egritudinis non põt mensurari quãtitas medicine: probaꝛ: qꝛ quãtitas egritudinis cognosciꝛ ex quãtitate: ⁊ qualitate mãe peccãtis: q̄z imple ẽ scire. Cõtra 2m cano. de minoratione mãe a ꝑno arguiꝛ ꝑo ꝯ mãm venenosaz: ⁊ argr: ꝙ dz euacuari eradicatiue a ꝑno qꝛ nõ minus est aptũ pati cor a mã venenosa: q̄z a furiosa: qꝛ hc sua ꝓprietate petit cor: illa vo sui mobilitate. Itẽ in pũcturis venenosis nõ valz euacuatio: nisi prius deꝛ bezeardicum: qd defendat cor: ⁊ silr in febribꝰ pestilẽtialibꝰ: q̄ ꝓcedũt ex venenositate mãe q̄ mã venenosa ẽ apta plus ledere: q̄z furiositas. Cõtra quãtitatẽ mãe argr: ꝙ nõ dz minorari: qꝛ cuius quãtitas ignoraꝛ: eius euacuatio nesciꝛ quãtũ fieri debeat: sz nemo est: q sciat quãta est mã peccãs: igiꝛ nõ põt recte euacuari. Itẽ arguiꝛ ꝙ minoratio nõ solũ ꝯuenit in mã venenosa: ⁊ l mã peccãte in quãtitate: sz ẽt in mã peccãte in sba. s. in grossitie: ꝓbaꝛ ꝑ Auic. q̄rta fen ꝑi capo 3o. Res: q̄ demãt rectitudinẽ iuditij ⁊c. vbi dicit. Cũ nõ sumus securi: ꝙ virtꝰ ꝑduret vsqz ad horam maturitatis ꝑꝑ grossitiẽ euacuandã a ꝑno mouere nõ debes nisi post subtilitatez: ⁊ videꝛ implicare: qꝛ primo dicit a ꝑno euacuandã: ⁊ postea dicit post subtilitatẽ. Rñdendo ꝑ saluando primo canone: ad ꝑm contra mãm digestam: cum adduciꝛ dictum Hypp. in scdo canone. s. apud statum

vero silentiũ hr̃e melius est: dicit̃ sic̃ supra dictũ est:
q̃ Hyppocrates intẽdit: q̃ nõ opz euacuare i statu
qñ expectat̃ q̃ nã sit factura crisim. Ad aliud cũ que
ritur an i prima pte status faciẽda est euacuatio: an
in scđa dr̃ q̃ in scđa ⁊ cũ arguit̃: q̃ tu debes expecta-
re p̃o nãm faciẽtẽ: dr̃ crisis videt̃: si nã sit factura: qa
qbus crisis futura est: nox difficilis est añ acumẽ ⁊c.
Ad aliud ꝯ euacuationẽ mãe digeste cũ arguit̃: q̃ si
fieret in statu: tunc cessaret febris: ⁊ ita febris nõ hr̃et
declinationẽ: dr̃ q̃ cuz euõ fiat in pluribus vicibus:
facta p̃ma euacuatiõe declinabit febris. Ad aliud ꝯ
furiositatẽ: cũ arguit̃ q̃ quãtitas medicine euacuati
ue cognoscit̃ ex duob⁹. s. ex nã membri patiẽtis: ⁊ ex
quãtitate egritudinis: ꝯcedit̃: ⁊ cũ arguit̃ q̃ opz co-
gnoscere an mẽbrũ sit ꝓpinquũ: vel longinquũ: ꝯce-
dit̃: ⁊ silr̃ de quãtitate egritudinis ꝯcedit̃: ⁊ cũ dicit̃
non cognoscit̃ mẽbrũ: nec quãtitas egritudinis: ne-
gatur: q2 mã furiosa est ad intra venas: ⁊ in mẽbris
ꝓpinquis cordi: iõ timet̃ de corde: ⁊ egritudo est mul
te mãe ebulliẽtis: sicut dicit Auic. ideo mã mobilis
est. Pro saluãdo scđo canone: cũ arguit̃ ꝯ veneno
sitatẽ: q̃ nõ minus peccat mã venenosa: q̃z mã mobi
lis: ergo sicut in mobili ꝯuenit eradicatio: ita in ve-
nenosa: negat̃ ꝯñia: quia in venenosa nã nõ toleraret
euacuationẽ eradicatiuã. Ad aliud de puncturis ve
nenosis: ⁊ de febribus pestilẽtialib⁹ cũ arguit̃ q̃ mãe
venenose magis sunt apte ledere: ex hoc nõ seqt̃ q̃ ta
lis mã sit eradicatiue euacuãda: q2 nã nõ pateret̃: ⁊
si diceres: quare nõ dicit dat̃ bezcardicũ: dr̃ q̃ hic lo
quit̃ Hyp̃ᵒ de euacuatione ⁊ remẽdia: alibi dicẽdũ de
bezadico. Ad aliud de quantitate: cũ arguit̃: cuius
quãtitas ignorat̃: eius nescit̃ euacuatio quanta fieri
dz: si intelligit̃ de euacuatiõe p̃cisa: ⁊ punctuali quã-
ta dz esse ꝯcedo: q̃ si ignorat̃ punctalr̃ quãtitas mãe:
petitus pter nām .s. caninus: q̄ est appetitus insatia/
bilis cibi ad silitudinē canis bolismus: q̄ est appeti/
tus intēsus mēbror cū sacietate stomaci: ⁊ alio noīe
dr̄ fames vacina: ⁊ cū accipiūt duos bolos saciati sūt
ꝓuenit a cal̄itate intēsa mēbror cū debilitate stoma
ci: appetitus corruptus est: q̄ appetit res nō appeten
das: vt in pgn̄ātibꝰ: fames syncopalis ē appetitus in
tēsus ad cibū: ⁊ si parū differat̄ cadit in syncopim: ⁊
ꝓuenit ex mlta col̄a trāsmissa ad stomacū a cistī fel/
lis: ⁊ dr̄ hij infelices a nā: q: via col̄e ad stomacū est
magis lata: q̄z via ad intestina. ¶ Pro cura bolismi pᵒ
opꝫ cal̄itatē mēbror remouere cū vnctiōibꝰ frigidis
vt oleo rosato ⁊ oleo de nenufare: scḋo opꝫ remouere
māꝫ viscosaꝫ exn̄tē ī stomaco digerēdo priꝰ cū melle
roˢᵗᵒ ⁊ oximelle: ⁊ aq̄s ꝓportionatis: vt aq̄ absynthij:
apij: ⁊ fenniculi deinde euacua cū diafinicone vel cū
pyllulis alefanginis. ¶ Pro cura singultꝰ: nota q̄ sin
gultus

gultus est q̈si spasmus stomaci repleri: aut inaniti:
dr̃ quasi spasmus: qꝛ stomacus retrahit̃: sic in spasmo
sed nõ est spasmus: qꝛ nõ retrocedit: singultus est du/
plex de repl'one: ⁊ de inanitione: distinguit̃ sic singul
tus de inanitione fit paulatim: ⁊ post febres lõgas: ſʒ
singultus de repl'one fit subito: singultus de repl'one
vel fit a cã cal'a ⁊ sic fit cũ pũctura stomaci: si a cã fri
gida sentit̃ frigiditas in stomaco: ⁊ iuuat̃ a cal'is: in
cura p° cõpetit vomitus cũ aqua ordei: ⁊ acero: 2° cõ
petit digõ cũ acetoso: ⁊ melle rosato col'ᵗᵒ 3° competit
euacuatio si mã est frigida cũ hyerapigra: vel cũ aga
rico: si mã est cal'a cũ latoario de succo rosaꝝ: 4° cõpe
tit ꝯfortatio intus: ⁊ extra optimũ remediũ est dare
ter aquã porrecte: expti sumus: ⁊ sumauit. Pro cura
fetoris si ꝓuenit ab ore rõne dẽtis corrupti cura eius
est extractio: deinde mũdifica cũ aqua mellis: si fetor
rõne vlceris in gingiuis cura est mundificatio illius:
deinde vtere q̃ exsiccãt: ⁊ ꝯsolidãt: si vero fetor est ex
oppilatiõe nariũ: p ͣ intẽtio est mollificatio cũ deco/
ctione malue: bismalue mr̃is violaꝝ: ⁊ florib⁹ camo/
mille cũ modico nucis muscbate: ⁊ trahere ꝑ nares:
scd̃a intẽtio est attractio a capite cũ succo bletis: aq̈
ꝑse añ. onc. ij. ⁊ nuce muschata ʒ. j. si vero rõne sto/
maci mũdifica stomacũ cũ melle rosato vł oximelle:
⁊ aq̃s appropriatis: deinde euacua cũ pyllulis d̃ hye
ra: vel aureis. Circa extrema rigor in febrib⁹. Est au
tem rigor motus cõcussiuus mẽbroꝝ ꝑꝑ frigiditatẽ
mẽbroꝝ ꝑceptã: cõe remediũ est calefacere extrema
cũ pãnis cal'is: Aliud ℞ tyriace: succi mẽte añ. ⁊ cũ
hoc vnguẽto inũge renes a diascoride amico nostro.
Aliud maxĩe in q̈rtanis ℞ rubre trociscate ʒ. j. da ꝑ
horã añ aduẽtũ febris ł sepe a nobis exptũ est. Circa
dcã de accentibus cadũt aliq̃ diffiᵗᵉˢ p ͣ diffiᵗᵃˢ est cir/
ca syncopim: vtrũ in syncopi semꝑ ꝯueniãt cito re/
staurãtia: ⁊ vr̃ ꝙ nõ: qꝛ syncopis est ꝑꝑ partialẽ reso/
lutionẽ spũum: ſʒ illa põt fieri ĩ plenitudine supflua:
sicut in euõne: vt ꝓbabo ſʒ in plenitudine nõ ꝯuenit
restauratio: sed euõ: ergo in syncopi nõ semꝑ ꝯuenit
restaurõ: pʒ ꝯña cum maiori: minor ꝓbat̃: qꝛ in pleni
tudine põt fieri suffocatio totalis: qñ est supflua val/
de: ⁊ põt fieri ꝑtialis suffocatio: qñ nõ est valde sup/
flua: sed ꝑtialis suffocatio facit ꝑtialẽ suffocationem
spũum: igit̃ facit syncopim: tenet ꝯñtia: qꝛ syncopis
dicit̃ a syn: qd̃ est simul: ⁊ copto incido: qꝛ partẽ vir/
tutis incidit. Cõfirmat̃: qꝛ in suspẽsis ad furcã aliqñ
fit totalis suffocatio: aliqñ ꝑtialis: totalis qdem qñ
moriunt̃: ꝑtialis vero: qñ ꝑ certũ tps stant suspẽsi: ⁊
postea incisa fune reuiuiscũt: quare sic in istis põt fie
ri totalis suffocatio: ⁊ ꝑtialis: sic ex plenitudine. In
cõtrariũ est Gal. in cõmẽto illius aphor. In exercitã
tibus ad summũ bone habitudinis sũt fallaces: vbi
dicit: ꝙ ex supflua plenitudine põt fieri totalis suffo
catio: ſʒ nõ ꝑtialis. ℞° ad pᵐ negat̃ ꝙ syncopis pos/
sit fieri ex plenitudine supflua: sicut ex euacuatione
supflua: ⁊ ad ꝓbationẽ negat̃ ꝙ sicut ex plenitudine
valde supflua fit suffocatõ totalis: ita ex plenitudine
non valde supflua fiat ꝑtialis suffocatio. Ad confir/
mationẽ ꝯcedit̃ ꝙ in suspẽsis põt fieri totalis suffoca
tio: ⁊ ꝑtialis: ⁊ ita ꝓpter ꝑtialẽ suffocationẽ fiat syn/
copis: sed negat̃ ꝙ silr̃ ex repl'one possit fieri ꝑtialis
resolutio. Circa dolorẽ cadunt tres diffiᵗᵉˢ: prima est
circa cãm doloris immediatã: ⁊ qꝛ Gal. 4° de accidẽ
ti dicit dolorẽ fieri a solutione ꝯtinui: ⁊ Auerois 3°
colliget dicit dolorẽ fieri a mala cõplexiõe subito im/
primãte: ⁊ Auic. dicit vtrũqʒ esse cãm doloris: ⁊ ma
laʒ cõplexionẽ: ⁊ solutionẽ ꝯtinui. Propterea rñdet
cõciliator dr̃ia. 76. Q, licet quecũqʒ illarũ causaꝝ sit
causa doloris: tñ sola mala cõplexio est cã ĩmediata
doloris: ⁊ ꝓbat ꝑ hoc: qꝛ sol'o ꝯtinui nõ est cã doloris
nisi inquãtũ est cã male cõplexiõis: ⁊ mala cõplexio
postea immediate cãt dolorẽ. Contra hanc respõsio/
nem arguit̃: qꝛ Gal. 4° de accidẽti declarãs quo cali
ditas facit dolorẽ dicit illã nõ facer̃ dolorẽ nisi inquã
tuʒ solutionẽ ꝯtinui facit: ⁊ silr̃ dicit frigiditatẽ non
facere dolorẽ nisi inquãtũ cõprimẽdo facit sol'onẽ cõ
tinui: ergo ꝯciliator nõ loqt̃ ad mentẽ Gal. Nos alr̃
dicimus: ⁊ p° ꝙ sunt diuerse opĩones de cã immedia
ta doloris: qꝛ Gal. vult sol'onẽ ꝯtinui esse cãm ĩme/
diatã doloris: ⁊ Auerois vult malã cõplexionẽ esse
cãm ĩmediatã doloris 2° dicim⁹ ꝙ lʒ opĩo Auerois
sit magis ꝯformis dictis ph̃i: qꝛ obiectũ tactus ma/
gis videt̃ esse q̈litas tangibilis: q̃ʒ sol'o ꝯtinui tñ opi
nio Gal. magis ꝯformis est sensui qꝛ qualitas tãgibi
lis non vr̃ facere dolorẽ nisi inquãtũ facit sol'one cõ/
tinui. Scd̃a diffiᵗᵃˢ est circa quiditatẽ doloris: ⁊ qꝛ di
uerse sunt opĩones: p° dicemus eas: 2° instabimus ꝯ
⁊ 3° resoluemus. Quãtũ ad pᵐ sciãs: ꝙ opĩo medico
rum est: ꝙ dolor sit obiectũ sensus: nã Gal. 3° de inte/
rioribus dicit: ꝙ dolor sentit̃: ⁊ Auic. 2° aĩa dicit ꝙ
dolor: ⁊ remediũ doloris sunt de sensibilibus tactus:
quod declarãs ꝯciliator dr̃ia. 77. dicit̃ ꝙ dolor ẽ qua/
litas ꝑceptibilis a sensu tactus: ⁊ est qualitas de ter/
tia spẽ qualitates. s. passio: vel passibilis qualitas: ⁊
ꝓbat sic qꝛ qd̃ ꝑ se ꝑcipit̃ a tactu: ⁊ discernit̃ ab aliijs
sensibilibus est sensibile tactus: ſʒ dolor est hmõi: im/
mo ꝑcipit̃ dolor: ⁊ nulla qualitas: igit̃ dolor est sensi/
bile distĩctũ ab aliijs q̈litatib⁹. Altera opĩo est Auic.
tertio colliget dicẽtes: ꝙ dolor est actio lesa ipsi⁹ sen
sus tactus. ⁊ potius est actio corrupta: vñ cũ tactus
tripl'r ledi possit a q̈litatibus tãgibilib⁹. s. diminute
corrupte: ⁊ ablate: diminute parit̃ tactus: vt in mẽ/
bro stupido: corrupte vero parit̃ qñ ꝑmutat̃ in malã
qualitatẽ sicut in sensu doloris: ablate vero parit̃: qñ
supuenit mors: qꝛ tũc est ꝑuatio sensus dĩo: ⁊ in toto:
sed priuatio tactus in vno mẽbro possibilis est cũ di/
minutione sensus in toto: ⁊ dicit: ꝙ sic delectatio: q̃
est ꝯtraria dolori nõ est nisi cõprehensio sensati tẽpe/
rati: sic dolor non est nisi cõprehensio sensati distẽpe
rati: quare dolor est tristis sensatio rei ꝯrie subito im
primẽtis. Cõtra has opĩones instat̃: ⁊ p° ꝯ opĩonem
medicoꝝ arguit̃ p° ꝙ dolor nõ sit q̈litas sensibilis qꝛ
dolor nõ est aliqua de q̈litatib⁹ primis vt pʒ: nec est
aliqua de q̈litatibus scd̃is: qꝛ q̈litates scd̃e causant̃
ex cõmixtione qualitatũ primarũ: vt pʒ a ph̃o in de
sensu: ⁊ sensatio: ſʒ dolor nõ cãtur ex cõmixtiõe q̈lita
tum primaꝝ qꝛ subito fit ex sol'one continui: mixtio
vero nõ fit subito: quare ⁊c. Cõtra opĩonẽ Auerois.
arguit̃: qꝛ si dolor eẽt sensatio obti nõ impediret sen/
sum a cõprehẽsione obiecti ſʒ dolor impedit sensum
a cõprehẽsione obti: qꝛ in dolore tu nescis q̈le sit obtʒ
qd̃ cõprhẽdit̃: igit̃ dolor nõ est tristis sensatio ipsius
obti ⁊c. ℞° põt dici ꝓ defensione medicoꝝ: ꝙ cuʒ sol'o
cõtinui sit cã ĩmediata doloris: ⁊ illa sol'o causet ma
lã cõpl'onẽ: qꝛ fit distẽperãtia in cõpl'one nãli: igit̃ il/
la mala cõplexio est dolor: q̃ est qualitas percepta: a
tactu: ⁊ sic dolor est obiectum tactus. Pro Aueroe

potest dici: q cū mala cōplexio sit cā immediata do/
loris: ⁊ illa mala cōplexio sit cā imediata tristis sen/
sationis: igit dolor est tristis sensatio: sꝫ q tristis sen
satio est: iō impedit a cōprehēsio ꝓprij obiecti. Licet
ista ꝓbabilia sint: tñ nos alr existimamus: ⁊ funda/
mentū nr̄um est: q tristis sensatio: ⁊ delectabilis sen
satio sunt ɔ̄ria: ⁊ vltra: sꝫ ɔtraria hñt fieri circa idē:
sed delectabilis sensatio seqt cōprehēsionē obti pro/
portionati: igit tristis sensatio siue dolor sequit com
prehēsionē obiecti distēperati quare sicut delectatio
sensus nō est sensatio: nec obtuꝫ sensatū: sed accñs se/
quens sensationē sic tristitiā sensus: siue dolor nō est
sensatio: nec obtum sensatū: sꝫ accñs seqñs sensatio
nem. Tertia diffi^tas^ est circa curam doloris. s. quomō
curari debeat dolor: ⁊ cū Auic. dicat 4ª primi cap.
penult° q triplex est cura doloris. s. aut cū ꝑmutāti/
bus cōplexionē: aut cū resoluētibus mām: aut cū stu
pefaciētibus: iō querit: vtrū cura doloris ɔueniēter
fieri possit hijs tribus modis. s. cū ꝑmutātibus cōple
xionē: ⁊ cū resoluētibus mām: ⁊ cū stupefaciētibus.
Cōtra ꝑmutationē ar ꝑsuppositio documēto Auic.
circa ꝑmutationē 4ª primi cap. 2° vbi inquit. Que
autē sine mā cōplexio ꝑmutari pōt: que aut cum mā
nō ꝑmutat nisi in euacuādo mām finē fecerimus: ⁊
alibi signū māe est grauitas mēbri: in q̊ est. Stante
hoc ꝑsupposito arguit sic: cū queris ꝑmutar ɔplexio/
nem: aut ē ibi mā: aut nō: si est mā nō ɔuenit vti per/
mutātib⁹ ꝑ ꝑsupositū: q mā fouet malā cōplxnē: si nō
est mā quero ꝑ qđ signū iudicas hoc: si dicis: q nō est
grauitas mēbri: hoc signū fallax est: ꝓbat: q nō quā/
tacūqꝫ mā sufficiens est facere grauitatē: qm̄ pauca
valde nō est sufficiēs facere grauitatē: igit ꝑ illud si/
gnū nō recte cognoscis: ex hoc ēt ꝑsupposito seqt: q
nūquā ducciādū eēt caput ꝑ mala cōplexione humi
da: ꝓbat ɔ̄ñtia q talis cōplexio humida nūquā: est
sine mā: ɔ̄ñs tñ falsum: q ɔ̄ oēs doctores laudantes
ducciā ad ꝑmutādū malā cōplexionē humidā cere/
bri: q̄re ⁊c. Itē Auic. dicit cap. de soda: q vsus epy/
thimarū frigidoꝝ multotiēs multiplicat sodā: igit
nō pōt fieri recte ꝑmutatio cōplexionis. Scđo ɔ̄ re/
solōnē māe: siue euōnē arguit ꝑsupposito documēto
Auic. q̄rta ꝑmi cap. 3° vbi dicit. Qđ aūt magis cu/
stodire debes ē habitudo carnalitū: ne ipsi sint clausi:
post hoc totū tibi possibile erit: vt añ maturationeꝫ
vētrē soluas. Hoc stāte seqt: q in dolore colico: q est
cum oppilatiōe fecis nō ɔueniret farmacū aliqđ: pꝫ
ɔ̄ñtia: ɔ̄ñs falsum: ⁊ ɔ̄ Mesue in recepta ɔfectiōis de
dactilis: q dicit ɔfectio de dactilis est medicina secu
ritatis ɔferēs ad colicā ⁊ ad dolorē in intestinis: qa
humorē crudū: ⁊ frigidū euacuat: ⁊ ē solutiuū facile:
hec ille: mō q̄uo pōt ɔferre si nō ɔuenit administrare
stāte oppilatione Auic. quarta ꝑmi cap. penult° tri
plex est cura doloris. s. resolōo cāe anodina tēperātia
cōplexionē a ꝑn° ⁊ opiata magna vrgēte necessitate
solutiua euacuātia: aut est terbētina si est oppilō in
intestinis conuenit: aut diafinicō: si nō est oppilatio
cōuenit: vel aliud solutiuū: aut aqua solutiua: vt por
recte: aut infusio reubarbari. Si est cola: ⁊ oppilō in
venis. Itē si dolor in stomaco sit ɔueniēs a cola dicit
Gal. ꝓuoca vomitū cū pēna: ⁊ si nō pōt fieri da me/
diū ciatū olei tepidi: q aut ꝓuocabit vomitum: aut
mollificabit vētrē. Cōtra istat Aue. q h magis mo/
lestabit os stomaci: qꝫ cola. Itē dicit Auic. ꝑ° quarti
cap. de cura putridarū in gñali: si colica fuerit cū fe/
bre loco aq̄ ordei da ius galli: dcimasexta tertij cap.
de colica vr dicer ɔ̄riū: dicit. n. si illic fiat febris: ꝑmu
ter ius galli: ⁊ det aqua ordei. Tertio ɔ̄ stupefactionē
arguit ꝑsuposito documēto Mesue in de ɔsolōne me
dicinarū: vbi dicit. Cōpingere aūt: ⁊ stupefacere sit
vltimū ad qđ īnicti debes: ⁊ ꝓprie cū cetera nō ɔtule
rint: ⁊ posita fuerit ī despōne: ex hoc sequit: q dictū
Gal. 12. de inge falsum est: vbi dicit: qñ dolor in mē/
bro fortificat: tp̄s nō est expectādū: sꝫ tūc curare dbe/
mus cū reb⁹ augmētātibus cām doloris. i. cū stupe/
faciētib⁹: pꝫ q ɔ̄dicit illi documēto. Itē cū stupefa/
ctiuū possit admīstrari ꝑ exterius: ⁊ ꝑ interius: qua/
re solū mētionē facit de stupefactiuo ꝑ interius: cuꝫ
tñ securius sit administrare ꝑ exterius. Itē cū dolor
possit ꝓuenir ex humore calō: ⁊ ex hūore frigido q̄uo
cognosci pōt cā cū Gal. in se ipso deceptus fuerit in
dolore vētris: q existimabat ex cā calā ꝑꝑ intēsionē
doloris: ⁊ tñ fuit a cā frigida. s. fleg^te^ vitreo: qđ cū cly
steri euacuauit: ⁊ ī alio patiēte dolorē vētris existima
bat cāꝫ eē ex hūore frigido: ⁊ tñ cognita cā: ⁊ euacua
ta curata fuit. Re° ad ꝑ^m^ de ꝑmutatione ɔplōnis opꝫ
duo ītelliger: ꝑ° q alia cura ɔuenit ī ꝑmutādo malā
cōplexionē calāꝫ: vel frigidā: ⁊ alia in ꝑmutādo hu/
midā: vel siccā: q in ꝑma nō opꝫ ꝓcedere cū intense
calis: vel frigidis: sꝫ remissis: ita q in ꝑmutādo frgi/
dam opꝫ vti anodinis: vt camomilla: melliloto: ane/
to: ⁊ semine lini: ⁊ silr b⁹: ⁊ in ꝑmutādo calāꝫ opꝫ vti
rosis: violis: folijs salicis: ⁊ vitis: ⁊ in ꝑmutādo calāꝫ
cū frigidis opꝫ miscere modicū aceti: vt remoueatur
oppilō ab infrigidātibus. Scđo opꝫ intelligere q in
ꝑmutatione male cōplexionis necesse est: vt sit oīo si
ne mā: aut valde pauca sit: cū signū māe sit ġuitas:
quā mā valde pauca facere nō pōt ē ex hijs pꝫ ad ar/
gumētū. Ad ꝑ^m^ cū querit aut mala cōplexio est sine
mā: aut cū mā: dr: q est sine mā: q aut est priuata oī
mā: aut cū pauca valde est. Ad aliud de ductia pꝫ q
cōuenit ductia fortit exsiccatiua male cōplexionis hu
mide: ⁊ lꝫ nō possit eē sine humiditate: sufficit q sit
cū pauca: q illā est apta resoluere: q si eēt mlta mo/
ueret cataꝝ ad aliud dictū Auic. de epythimate fri/
gido: q multiplicat sodā: dr q facit hoc qñ illa frigi
da oppilāt sꝫ si misceat acetū nō fit hoc. Ad 2^m^ ꝑnci
pale đ resolōne māe: dr q opꝫ ītelliger duo: ꝑ° q cu
ra pōt diuersificari duplr: aut rōne diuersitatis mē/
broꝝ: aut rōne diuersitatis māerū: ⁊ iō alia cura ɔue/
nit mā exñte in stomaco: ⁊ alia mā exñte ī intestinis:
q in ꝑ^a^ ꝓuocari dꝫ vomitus: in scđa ꝓuocari dꝫ seces
sus: silr alia cura ɔuenit in mā calā: ⁊ alia in mā frigi
da: q alia medicina ɔuenit in calā: ⁊ alia in frigida:
sic narrat Gal. de dolore vētris in vno ex mā calā: ⁊
in alio ex mā frigida: qb⁹ cognitis facile fuit eos cu/
rare. Scđo opꝫ intelligere: q ī dolore colico: q est cū
oppilatione fecis oīo opꝫ a ꝑn° vti solis mollificāti/
bus: siue iure galli: siue ciato olei: ⁊ cū clysterib⁹ mol/
lificatiuis: vt ex oleo solo: vel ex capite castrati: ⁊ quā
doqꝫ balneo olei opꝫ vti: ⁊ terbētina a ꝑncipio ⁊ in
quocūqꝫ tp̄e data ɔueniēs est: farmacū vero post ali/
quam de oppilationē: ex hijs pꝫ ad arg^ta^. Ad primū
cū dr: q est ɔ̄ Mesue: q non ɔueniat diafinicon a ꝑn
cipio in colica: negat: quia intendit q ɔuenit quādo
nō est totalis oppilatio. Ad aliud cū arguit: q stāte
dolore a mā colica ī stomaco nō ɔuenit oleū: q illud
molestabit

molestabit magis os stomaci: q̄z cola: negat̄ q2 cola pungit: ⁊ oleū non. Ad aliud de colica cum febre dicit Gentilis distinguēdo: q2 aut febris est fortis: aut leuis: si fortis ꝯuenit aqua ordei: si leuis conuenit ius galli. Itē colica vel est fortis: vel leuis: si fortis ꝯuenit ius galli: si leuis ꝯuenit aqua ordei. Nos aūt dicim⁹: ꝙ ꝯsideraf id: ad qđ est maior intentio: si ad febrem aqua ordei ꝯuenit: si ad colicā ius galli: ⁊ hoc intēdebat Auic. Ad 3^{m} de stupefactiuo opz intelligere: ꝙ qn̄ dr̄: ꝙ nō est administrandū stupefactiuū: nisi qn̄ cetera nō ꝯtulerint: nō intelligit: ꝙ oīa alia: que pn̄t administrari sint administrata: sed que 2^{m} aliquam intētionē ꝯueniūt sint administrata: puta vel 2^{m} intentionē mollificādi: vel euacuādi: ⁊ ꝙ dolor pp administrata fortificatus sit: ⁊ hoc intēdebat Gal. cum dixit si dolor fortificaf ex administratis: tēpus est nō expectandi: s3 da stupefactiuū. Ad aliud nō dicit de stupefactiuo exterius aproximato: q2 sequit̄ in colica: vbi nō ꝯuenit stupefactiuū extra: s3 si in capite sit dolor fortis ꝯuenit stupefactiuū extra cū tyriaca noua quatuor mensium: ⁊ oleo rosato mixta: vel vngᵗᵐˢ ex opio: croco: ⁊ castoreo an̄. Ad aliud q̄uo humor calidus: ⁊ frigidus discernaf ex signis ꝓprijs manifestū est: sed si ex hijs nō discernis: discerne ex iuuantibus: ⁊ nocentibus: sicut fecit Gal. in dolore vētris: q2 vidēs: ꝙ calida nō iuuabant administrauit frigida: ⁊c̄.

Circa dietā tria intelligēda sunt: p° qd ē dieta: 2° vn̄ summit̄ indicatio: 3° q̄uo ordinanda est. Quantū ad p^{m} dieta est ꝯueniēs cibi: ⁊ potus exhibitio. s. in sbā: quātitate: q̄litate: ⁊ hora p virtute ꝯseruāda: vel manutenenda: dr̄ in sbā: q2 non d3 esse grossa: nec subtilis: dicif in quātitate: q2 nec multa: nec pauca: dr̄ in qualitate: q2 frigida: ⁊ humida: dr̄ in hora: q2 cibatio d3 esse hora quietis: vel in declinatione regulariter: coacte vero in quocūq3 tpe Gal. p° regiminis inq̄t. Deterior hora cibandi est hora principij: ⁊ deinde status: ⁊ minus mala ⁊ hora augmēti dr̄ p virtute ꝯseruanda: vt in cronicis: in quibus virtus ꝯseruari d3: aut manutenēda: vt in acutis: in q̄bus d3 parum minui: hec Gal. Alij addunt: ⁊ ordine debito: vt preponanf facilia. Quantū ad 2^{m} vn̄ summaf indicatio de dieta: dicit Gal. p° regiminis acutoꝝ op3 vt cognoscas morbi dispositionē. s. infirmū: eiusq3 virtutez: ⁊ ꝯsuetudinē in regimine diete: egriq3 cōplexionē: q2 a virtute: ⁊ a morbo sumif dieta principalr̄: s3 diuersimode: q2 a virtute sumif indicatio de exhibitione cibi: q2 cum sit res nālis indicat de sui ꝯseruatione: qđ fit p cibi exhibitionē: a morbo vero summif indicatio de subtractione cibi: q2 cum sit res preter nām indicat de sui remotione: non pōt autez remoueri: nisi cā remoueaf: ⁊ ꝯn̄ter nisi preparef ad expulsionē: ⁊ hoc non pōt fieri si virtus impediaf a multo cibo: quare indicat de subtractione cibi: dando tn̄ aliquid ꝯsuetudini: ⁊ cōplexioni. Quantū ad 3^{m} q̄uo ordinanda sit: Gal. sic ordinat in comēto illius aphor. Tenues: ⁊ certe diete in diuturnis semper egritudinib⁹ ⁊c. dicit ꝙ triplex est dieta. s. grossa: tenuis: ⁊ tenuissima: dieta grossa est sanoꝝ: in q̄bus virtus augmētaf: q̄m cibus grossus augmētat virtutē: moderatus vero custodit eam: tenuissima dieta est nihil dare ⁊ hec: cōuenit in morbis peracutis valde: q̄ terminanf in quatuor diebus: tenuis vero dieta est media inter has: q̄ triplr̄ variaf: q2 vel est tenuis simplr̄: ⁊ hec conuenit morbis acutis simplr̄. s. qui terminanf in 14 diebus: vt est prisana ordeacea nō colata. Alia vero ē tenuis tendens versus tenuissimā: ⁊ hec ꝯuenit morbis peracutis: q terminanf in 7 diebus: vt prisana colata: ⁊ mellicratū. Alia vero est tenuis tendens versus grossam: in qua vltra prisanā nō colatā ꝯueniūt extremitates pulloꝝ: pisces petrosi: ⁊ vitelli ouoꝝ: ⁊ hec ꝯueniunt in morbis acutis tropicis. i. ꝯuersiuis: q terminanf super 14^{m} ⁊ nō transeūt 40^{m}. Posteriores vero: vt Auenzoar: ⁊ Auic. dixerunt: ꝙ iste diete sunt nimis subtiles tēpore nostro: maxime pp ingluuiē hominū: ⁊ ꝓpterea tenuissima dieta: que est nihil dare remouēda est: ⁊ in egritudinibus peracutis valde: siue in quarta die terminādis: siue in septima tenuissima dieta ē dare prisanā: vel micā panis in aqua bullicā in iure pulli: in acutis vero ꝯuersiuis vltra id est dare aliqd de carnibus pulloꝝ: vel auicularū: vel cōtusum ex carnibus valde alteratū: in cronicis vero aliqd plus de carnibus addere ⁊ nō danf nisi semel in die carnes: ⁊ hanc dietā maxime laudamus. Moderni vero nostri tēporis nō sunt cōtenti hijs: sed in oībus egritudinibus exhibent aliqd carnis: ⁊ sublimatū carniū: ⁊ ꝓpterea sunt cā ꝓlongationis egritudinū ⁊ penis faciūt: q exibent carnes in mane: ⁊ in sero: vel cōtusum. Circa descriptionē diete cadit difficultas vtrū dieta ꝯueniēs ꝯsistat in regimine ꝯueniēti istarū quatuor rerum sbe: quātitatis: qualitatis: ⁊ hore. Primo ꝯtra regimē sbe arguif: q2 dictum est: ꝙ regimen diete nec grossum: neq3 nimis subtile sit. Contra: q2 sicut qđ resoluif de corpore d3 restaurari in sba. s. nec magis grossum: nec magis subtile: s3 aliquādo resoluif grossum: vt in rusticis: ⁊ aliqn̄ resoluif subtile: vt in ciuib⁹: igif aliqn̄ restauraf grossuz: ⁊ aliqn̄ subtile: ergo falsum est ꝙ regimē diete sit nec grossum: nec subtile. Item arguif: ꝙ tale regimen d3 esse semper subtile: q2 dicit Hypp. p° regiminis acutorū: ꝙ regimen ꝯuenientissimū in dieta est prisana ordeacea: s3 illa est facilis digestionis 2^{m} Hypp. ibi: igif est subtilis sbe: p3 ꝯn̄ia: quia que est grosse sbe est difficilis digōnis. Itē arguif: ꝙ tale regimē diete sit grossum: q2 Hypp. laudās prisanā i octo ꝓprietatib⁹ dicit: ꝙ ē viscosa: ⁊ leuis: ⁊ iūcta silr̄: ⁊ lubrica: ⁊ mollis: ⁊ humida: ⁊ sedans sitim: ⁊ facilis digestionis.

De prisana.

Est viscosa: leuis: iuncta est: ⁊ lubrica: mollis.
Humida: sitifugans: facilis: nec stiptica: nec flans.

Modo prima ꝯdictio est: ꝙ est viscosa igif est grosse sbe. Itē Gal. in de febribus ad glauconē in cura tertiane vere dicit: in dieta: vt pedes porcelloꝝ ꝯueniūt: ⁊ p3 ꝙ sunt grosse sbe: q2 ille iuncture pedū non cōponunf nisi ex neruis: ⁊ cordis: quare ⁊c. Scđo ꝯtra regimen quātitatis: q2 2^{m} Hypp. p° regiminis: qđ expirat de corpore in quātitate d3 restaurari: nec plus: nec minus: sed aliqn̄ expirat parū: aliqn̄ multū: ergo aliqn̄ d3 restaurari parū: ⁊ aliqn̄ multū: ergo falsum est: ꝙ regimē diete nō sit multū: nec paruz. Itē regimen diete in quātitate d3 diuersificari 2^{m} Hypp. prima aphorᵒʳ 2^{m} diuersitatē quatuor reruz. s. 2^{m} etatē: ꝯsuetudinē: tēpus anni: ⁊ 2^{m} regionez: s3 in quacūq3 harum rerum est diuersitas 2^{m} multū: ⁊ paucū: exempli gr̄a etas pueritie reqrit multū: ⁊ etas senectutis paucū: ⁊ sic de alijs: ergo in hijs non pōt seruari medium inter paucū: ⁊ multū. Consilr̄ arguif in quātitate discreta: q2 daf regimē hoc ab Hypp. p° regiminis

nis acutoꝝ. Qꝫ q bis in die comedere ꝯsueuerūt: bis ptisanā capiāt: ⁊ q semel prima die semel: postmodū: si poteris assuesce bis si videris necessitatē. Cōtra arguit: qꝛ videt dicere ꝯtrariū in 2° regiminis acutorum: nā dicit qui semel in die: vel bis comedere consueuerūt si a solito vsu in aliū mutent: nocumētū eis gñat: ⁊ defectionē: igit qui semel ꝯsuetus est comedere nō dꝫ induci ad comedēdū bis. Itē si in hijs attēdat ꝯsuetudo: igit qui soliti sunt in die quater comedere: vt rustici faciūt: ⁊ pueri: illis egrotātibus quater comedere deberent: pꝫ ꝯñia: ꝯsequens ꝯtra Gal. in regimine diete date: qꝛ non dꝫ vltra bis comedere 3° ꝯ regimē qualitatis arguit: qꝛ dictū est ꝙ regimen diete in qualitate dꝫ esse frigidū ⁊ humidū. Cōtra: qꝛ maior intētio est ad cām febris: qꝫ ad febrē qꝛ opꝫ prius abscindere cām 3° regni: sed cā febris aliqñ est frigida: ⁊ humida: vt in flegmatica ⁊ aliqñ frigida: ⁊ sicca: vt in quartana: sed mā frigida: ⁊ humida: silr frigida ⁊ sicca indiget subtiliatione: que fit p calā: ⁊ sicca: ⁊ nō p frigida: ⁊ humida: igit i illis ꝯuenie͠tius regimen diete est p calidum: ⁊ siccum. Itē querit quare Hypp. dixit magis humide diete ꝯferunt febricitantibus: ⁊ nō dixit frigide diete 4°. Cōtra regimen hore arguit: qꝛ dictū est: ꝙ solūꝫ in hora quietis .i. in declinatione ꝯuenit cibare egrum regulariter operando: qꝺ notant additū est: qꝛ aliqñ in augmēto vel in alio tēpore 2m necessitatē ꝯuenit cibare: ⁊ hec est cura coacta. Cōtra arguit: quia cōiter dr: ꝙ quatuor horis: vel quinqꝫ añ paroxismū ꝯueniens est dare cibū febricitāti ꝓpter dictū Auic. cap° de quartana: vbi dicit: si sumat cibū quinqꝫ horis añ paroxismū: vt euomat: ⁊ si nō euomit: fortasse iuuabit. Cōtrariū huius videt ex altero dicto Auic. in cap° de cura putridarū in gñali: vbi dicit: ⁊ puide ne occurrat paroxismus: nisi ventrē habeat vacuū: sꝫ nec p quatuor: nec p quinqꝫ horas añ paroxismū hꝫ stomacū vacuū a cibo: nec intestina vacua: ergo nō sufficit p quatuor horas: vel quinqꝫ añ paroxismū dare cibū. Itē qꝛ dicit: ꝙ in augmēto paroxismi dare cibum qñqꝫ ꝯuenit .s. qñ non pōt expectari declinatio: iuxta illud Gal. p° regiminis acutoꝝ: ⁊ videndū est quo tēpore ius dandum est in pn° vel in oībus tēporibus morbi: qñ eniꝫ plante pedum frigide fiūt: tunc ius: ⁊ oīs potus maxime negādus est sed tunc cū iam calor in calcaneuꝫ descēderit dandus est: ⁊ illud est tēpus augmēti quare ⁊c. In ꝯtrariuꝫ videt esse Auic. in tertia fen cap° de cura putridarū in gñali: inquit enim ⁊ oīo caueat regimen grossum in hora periodi: ita vt nō det aqua ordei: nec zuccarum nec iuleb: qm̄ frangit periodum cum ꝯstrictione meatuū: sed adiuua: medicus enim ꝓprie ꝯueniens est adiutor nāe: ⁊ nō impediens eaꝫ. Rñdendo ad pm de regimine lbe in dieta ꝯuenienti. Cum arguit ꝯtra hoc: ꝙ non dꝫ esse grossum: nec subtile nimis: sunt due modi rñdēdi vnus dicit: ꝙ Gal. intendit: ꝙ tale regimen non est grossum: nec subtile nimis respectu eius: qꝺ resoluit de corpore: cum quo stat: ꝙ absolute sit grossum: si resolutū sit grossum: ⁊ silr stat: ꝙ sit subtile si resolutū sit subtile: ⁊ silr dicit ad illud de quātitate ꝙ regimen illud nō est multū: nec paucū respectu eius: qꝺ resolutū est: ⁊ sic pꝫ ad illa duo pma argumēta 2m hunc modū. Alter modus rñdendi est: ꝙ regimen diete in lba in acuti egritudinibus nō est grossum: nec subtile nimis in cōparatione ad alias dietas: qꝛ ista dieta tenuis: vt ptisana est media inter dietā grossaꝫ: ⁊ tenuissimā: ⁊ silr de regimine quātitatis dr: ꝙ regimen ꝯueniens quātitatis nō est multū: nec paucū in respectu ad alias dietas: tenet eniꝫ mediū inter multū: ⁊ paucū: qꝛ in pacutis minꝰ dat: ⁊ in tropicis plus dat: ⁊ ēt in cronicis: qre tu ellige magis gratā. Ad aliud cum arguit: ꝙ regimen dꝫ esse semper subtile: qꝛ ptisana ordeacea est facilis digestionis: ergo est subtilis: negat ꝯñia: qꝛ mediocris nō est subtilis: nec grossa. Ad aliud cū arguitur: ꝙ regimen est semper grossum: qꝛ ptisana est viscosa 2m Hypp. igit est grossa dr: ꝙ Hypp. capit improprie viscosum p adherente: ⁊ sic negat ꝯñia. Ad aliud de pedibus porci sm Gal. negat: ꝙ sint grosse lbe: quia ꝯsiderat solum carnē exceptis cordis: ⁊ neruis. Ad 2m pncipale de regimine quātitatis ꝯuenientis rñsum est. Ad aliud cum arguit: ꝙ tale regimen diuersificat 2m diuersitatē quatuor rerū .s. etatis: cōsuetudinis: tēporis: ⁊ regionis: ⁊ in quacūqꝫ harum rerum est diuersitas 2m multū: ⁊ paucum igit in hijs non pōt seruari mediū inter multū: ⁊ paucū: pōt dici: ꝙ dieta tenuis morbi acuti simplr tenet medium inter alias dietas: qꝛ in pacutis minus ꝯuenit: ⁊ in tropicis plus: quare regimen quātitatis in acutis tenet mediū: vel pōt dici: ꝙ dieta tenuis simplr tenet medium in quanto respectu eius: qꝺ resoluit in alijs egritudinibus: qꝛ in pacutis minus resoluit: in tropicis: ⁊ cronicis plus qꝫ in acutis simplr: ideo quod restaurat in acutis simplr est mediū inter illa: rō nec multū: nec paucū: ⁊ reddit fere ad idē cum prima responsione. Ad aliud de quātitate discreta ꝯcedit: ꝙ bis in die ꝯuenit accipere cibū: ⁊ cum tu vrguis ex alio dicto Hypp. Qꝫ qui semel comedere consueuit si in aliū vsum mutet nocumentū gñat ⁊ defectionem: igit iste nō est mutādus: dr: ꝙ Hypp. in p° dicto multum correcte loquit qui ꝯdicionare loquit: si poterit bis assuesce: quasi dicat: si sine nocumēto fiat: fac: ⁊ etiā addit aliam ꝯdictionē: si videris necessitatem accipiendi alium cibū: ⁊ si diceres: quare vellet mutare ordinē de comedendo semel in bis comedendo: dr: ꝙ rō est: qꝛ melius est ptiri cibum in duas vices p virtute ꝯseruanda: qꝫ dare totū in vna vice: qꝛ minus grauat virtus in duabus vicibus. Ad aliud cuꝫ dr si in hijs attendat ꝯsuetudo: igit qui sunt consueti comedere quater: vt rustici: ⁊ pueri: cum egrotarēt: deberent comedere quater: dicit ꝯsuetudo nō simplr seruanda est: sed laudabilis solū: ⁊ cum aliquo respectu: vel ꝯdictione: remoto illo respectu: vel ꝯdictiōe nō est laudabilis: ideo nō est seruanda: sic est de rusticis: ⁊ pueris comedentibus quater in die cum hac cōdictione: ꝙ rustici multū laborent: ⁊ pueri multū moueant: sꝫ remoto labore in rusticis: ⁊ remoto motu in pueris nō est laudabile vt quater comedāt: quare ipsis egrotantibus bis comedere sufficit. Ad 3m principale de regimine qualitatis: cum arguit: ꝙ in febribus maior est intētio ad cām febris: que indiget aliqñ subtiliatione: ⁊ ꝯñter calis: ⁊ siccis: dr ꝯcedēdo: tñ quando dr: ꝙ regimen frigidū: ⁊ humidū ꝯuenit febricitātibus intelligit habita intentione ad febrē: cum febris sit morbus calis ⁊ siccus: ⁊ iō si maior intentio erit ad cām: que sit frigida: debes vti calis. Ad aliud cum queris: quare Hypp. dixit: humide oībus febricitātibus ꝯferunt: ⁊ nō dixit frigide diete:

triplex responsio dat: prima est. Oribasij dicentis: ꝙ
q̄ febris magis ledit siccitate: q̄ȝ caliditate: iō dixit hu/
mide diete scd̄a r̄nsio fuit. Tadei florentini dicentis:
ꝙ dixit humide diete magis: q̄ȝ frigide: q̄ ponit die/
tas simul febricitantiū: ⁊ puerorꝫ: ⁊ illis magis ꝯue/
niunt: q̄ȝ frigide tertia fuit Gētilis: ꝙ cā fuit: q̄ ex
dietis frigidis plus nocumēti pōt ꝯuenire febricitan
tibus: q̄ȝ ex humidis quarta posset esse: q̄ cum febris
sit calor extraneus essentiał̄r: ⁊ nō sit siccitas: magis
manifestū est dietas frigidas ꝯuenire febrientibus:
q̄ȝ humidas: iō dixit de humidis: tanquā de minus
manifestis: ⁊ tacuit d̄ frigidis magis manifestis. Ad
quartū principale: cū dr̄: ꝙ nō sufficit cibare infirmū
ꝑ quatuor horas an̄ paroxismū: q̄ nō haberet vētrē
vacuū a cibo. i. stomacū: sunt duo modi r̄ndēdi: vnꝰ
dicit: ꝙ cum cibus rustici ꝑ digestione requirat octo:
vel nouē horas iō ante paroxismū opȝ dare solū me/
dietatē cibi: vt sit digestus in mediate illius tēporis:
quare stomacus erit vacuus a cibo. Alter modus di
cit: ꝙ qn̄ nō est tm̄ tēpus ante paroxismū: vt totus ci
bus possit esse digestus: tn̄ ꝑ quatuor horas: vel circa
dȝ dari cura coacta: q̄ sic dando lȝ aliqual̄r noceat:
plus tn̄ iuuabit q̄ ꝑ maiori parte facta est digestio: ⁊
ꝯsīter ꝯfortatio virtutis: ⁊ ꝓpterea dixit Auic. fortas/
se iuuabit: q̄ nō est sine nocumēto. Nō satisfaciūt no
bis hec r̄nsiones. Nō prima q̄ cum medietate cibi nō
posset substentari virtus: nec scd̄a q̄ cura coacta est
solum qn̄ dat in paroxismo nō declināte. Jō nos al̄r
dicimus: ꝙ cura regulari sufficit dare cibū ante paro
xismū ꝑ quatuor horas: vel quinqȝ: rō est: q̄ cum to/
tus cibus requirat soluȝ septem horas ꝑ sui digestio/
ne: quia dȝ esse cibus leuis: facilis digestionis ideo in
duabus tertijs totalis tēporis requisiti ꝑ digestione
due tertie cibi erunt digeste: ⁊ transite ad epar: quia
sicut digerit: ita transit. Quare restabit solum tertia
pars aliqual̄r ēt digesta: quē nō nocebit stomaco ad/
ueniente paroxismo q̄ stomacus voluptat ex leui ci/
bo: ⁊ ad dictū Auic. ꝓuide ne occurrat paroxismus
nisi ventrē habeat vacuū: intelligit nisi ventrem fere
vacuū habeat: q̄ cui parū deest: nihil deesse videtur.
Ad aliud cum arguit: ꝙ qn̄qȝ dat cibus in paroxi/
smo nō declināte ꝫm Gal. q̄ dicit p^{o} regiminis acu/
torꝫ: ꝙ nō dȝ dari cibus: qn̄ plante pedū frigide fue/
rint: qd̄ est in pn^{o}: sȝ qn̄ calor descēderit in calcaneū:
qd̄ est in augmēto ⁊ Auic. videt debere cōtrariū: ꝙ
nihil dȝ dari hora paroxismi ad hoc sunt duo modi
r̄ndendi: vnus est. Francisci de pedemontiū dicētis:
ꝙ qn̄ Auic. dicit: ꝙ nihil dȝ dari in hora periodi in/
telligit in pn^{o} periodi: ⁊ sic ꝯcordat cū Gal. ⁊ pȝ per
id: qd̄ sequit: q̄m tunc frangit periodū cum ꝯstrictio
ne meatuū magis: q̄ȝ in alio tempore. Alter modus
r̄ndendi est Gentilis: qui dicit: ꝙ in hora periodi. i.
in tēpore periodi nihil dȝ dari cura regulari: q̄ sem/
per frangit periodū cum ꝯstrictione meatuū: sȝ Gal.
intendit: ꝙ in augmēto dȝ dari. s. cura coacta. Circa
dictū Gal. est $diffi^{tas}$ cum dicit. Cū calor descenderit
in calcaneū: tunc dandus est cibus: quia videt illud
esse ꝑncipiū augmēti ⁊ cōiter practicantes dn̄t: ꝙ in
medio augmēti dȝ dari cibus. s. ꝑ tres horas cum di/
midio: vel circa post calefactionē: ⁊ rō est: q̄ semper
pars subtilior humoris: qui putrefit est que prius in/
flammat: ⁊ hec magis infestat nāȝ ⁊ est ꝑ tres horas:
vel circa: postquā incipit calefieri: deinde pars non
ita subtilis inflammat que nō tm̄ molestat nām: qua
re melius est dare cibum in illa parte augmenti que
minus molestat. R̄ndendo dr̄: ꝙ dictū Gal. nō repu
gnat huic rōni: q̄ nō statim cū calefit corpus descen/
dit calor in calcaneū: immo vix descendit postquā to
ta pars subtilis inflāmata fuerit: ⁊ sic venit ad idē: ꝙ
post tres horas: vel circa a calefactione totius dȝ
dari cibus. Circa 4^{m} dictū. s. ꝙ opȝ ēt cognoscere pul De pulsu.
sum venarū. i. arteriarū: q̄ ꝯfert ad cognōnē febriū:
⁊ causarū: ⁊ tēporū morbi: ⁊ dicemus p^{o} quid est pul/
sus: ⁊ in quot gn̄a: siue spēs diuidit: 2° reddemus cās
illorꝫ: 3° dicemus qūo faciat ad cognōnem horꝫ. Quā
tū ad p^{m} pulsus sic describit ab Auic. pulsus est mo
tus receptaculorꝫ spūs ex diastole: ⁊ sistole cōpositus
ad regendū spūm ꝑ aerē attractū. Phylaretus pul
sus est motus cordis: ⁊ arteriarū que 2^{m} diastolem: ⁊
sistolem fit ad infrigidationē innati caloris: ⁊ egres/
sionē fumosarum superfluitatū. Pulsus diuidit ab
Auic. in decē gn̄a: cuius rō est: q̄ cum pulsus ꝯsistat
ꝑ motū: ad motū vero requirunt quatuor. s. virtus
mouens: mobile: spatium ꝑ qd̄: ⁊ tēpus in quo fit: ex
parte virtutis summit vnū genus. s. a quātitate vir/
tutis: q̄ vel ē fortis vel debilis: vel mediocris: ex pte
mobilis tria gn̄a sumunt: q̄ vnū genus a sb̄a arterie
summit. s. durū: vel molle: vel mediocre: ab eo: qd̄ in/
tra princt sumit aliud genus. s. plenū: vacuū: vel me/
dium: ⁊ aliud genus sumit a qualitate. s. vel calidum:
vel frigidū: vel mediū: ex parte vero spatij: ꝑ qd̄ sum/
mit aliud genus. s. 2^{m} quātitatē dilatationis: q̄ aliqd̄
magnū: aliud paruū: ⁊ aliud mediocre: ex pte tēpo/
ris sumunt tria gn̄a: vnū genus ex pte tēporis mēsu/
rantis motū diastolis. s. velox: vel tardū: vel medio/
cre: ⁊ aliud genus sumit ex parte tēporis mēsurantis
quietē. s. frequens: rarū: ⁊ mediū: ⁊ hoc intelligit qn̄
ꝑcipit sistoles: qd̄ summit penes tp̄s mensurās duas
quietes: si vero nō percipit sistoles: tunc sumit penes
totū tēpus: qd̄ est inter duas diastoles: si tale tempus
breue est summit frequens: si vero lungū summit ra/
rum: ⁊ aliud genus summit ex ꝓportione quatuor tē
porum. s. cōparando motū ad motū: ⁊ quietē ad quie
tem: ⁊ hoc genus dr̄ boni ponderis: vel mali ponde/
ris: ⁊ aliud genus sumit a silitudine pulsuū: vel dissi/
militudine: vt equale: vel diuersum: qd̄ sic intelligit:
q̄ semper fit cōparatio diastolis ad diastolē in silitu/
dine vł dissilitudine aliorꝫ pulsuū. s. in fortitudine: vł
debilitate: in magnitudine: vel paruitate: in veloci/
tate: vel tarditate: in frequētia: vel raritate: aliud ve
ro sumit ab ordinatione: vel inordinatione diuersat:
q̄ si sit diuersus vel est ordinatus: vel inordinatus.
Fortior: ⁊ magnus: durus: plenus: calidusqȝ.
Atqȝ velox: frequens: constans: equalis: ⁊ ordo.
Dicamus secundo reddendo causas horꝫ: ꝙ pulsus
fortis dicitur: q̄ multū resistit tactui cōprimenti: de Quot sūt
bilis ecōtra. dr̄: magnus dr̄: qui multū extendit scd̄ꝫ pulsus.
tres dimensiones. s. in longū: latū: ⁊ ꝓfundū: durus
dr̄ ex pte mobilis: q̄ difficilem cōpressionē recipit ad
intra rōne exsiccate arterie: qd̄ pro tanto dicit: q̄ in
forti cum mollitie arterie difficilem recipit cōpressio
nem: velox dicit ex pte tēporis mensurātis motum
diastolis: q̄ in breui tēpore transit spatiū: tardus eꝯ.
dicit: frequens vero dr̄ ex tēpore mensurāte quietē:
q̄ in breui tēpore transit quietē: ⁊ rarus eꝯ. dr̄: ⁊ aliqd̄
dicit boni ponderis ex ꝯuenienti cōparatione motus

diastolis ad motū sistolis: ⁊ ex cōparatione ꝯuenienti quietis vnius ad quietē alterius: mali ponderis eḡ. dr̄: aliud genus dicit̄ equale cōparando diastolem ad aliam diastolē in fortitudine: magnitudine: velocitate: ⁊ frequētia equali: diuersum vero eḡ. aliud genus dr̄ ordinatū si seruat ordinē in diuersitate: ⁊ si nō seruat ordinē dr̄ inordinatū. Notat ꝙ istud genus vltimū est potius cōputandū in gñe pulsuū cōpositorum: quare restant nouem gña pulsuū: ⁊ Auic. 4° colliget dicit: ꝙ illa tria gña: que summunt̄ ex pte mobilis. s. arterie. s. durū: molle: plenū: ⁊ vacuū: calidum: ⁊ frigidum nō sunt ꝓprie pulsus inquantū est pulsus: quia pulsus inquātū pulsus nō stat nisi p motū: ⁊ quietē: ⁊ ꝯsimiliter restant solum sex gña pulsuū simpliciū: ⁊ cū illud genus: qd̄ dicit̄ boni ponderis: ⁊ mali ponderis nō bene pcipiat̄ nisi ab hijs: qbus porte pulsus aperte sunt: q sunt valde pauci: ideo tertio dici pōt ꝙ tm̄ quinqꝫ gña ꝯferunt ad cognoscendū febres: ⁊ cās earū: ⁊ tēpora. s. forte: ⁊ debile: magnū: ⁊ paruū: velox: ⁊ tardum: frequens: ⁊ rarū: equale: ⁊ diuersū: pbat̄ qꝛ pulsus magnus: ⁊ fortis demr̄at sanguineas: ⁊ velox colicas: paruus valde: ⁊ diuersus flegmaticas paruus nō valde: ⁊ diuersus demr̄at quartanas: debilis: ⁊ frequens ethycas ⁊ sicut tēpora morbi variant̄: qꝛ in pn̄° ⁊ fine oīa accn̄tia sunt debiliora: in statu vero fortiora: sic in pn̄° ⁊ fine pulsus minores in magnitudine: velocitate: ⁊ frequētia: ⁊ ī statu maiores sunt. Subiungamus ēt spēs pulsus diuersi. Est aūt pulsus diuersus: q in vna pulsatione variat̄: aut in magnitudine: ⁊ paruitate: aut in velocitate: ⁊ tarditate: aut in frequētia: ⁊ raritate: aut fortitudine: ⁊ debilitate: ⁊ lꝫ multe sint spēs huius: tn̄ manifestiores sunt hec. Caprizans: vndosus: vermiculosus: formicalis: serrinus: cauda soricina: fusalis: bispulsans: cadens in medio: spasmosus: ⁊ tremulus: ⁊ tortuosus.

Versus de pulsibus compositis.

Est caper: vndosus: vermis: formicaqꝫ serra.
Mus: fus: bispulsans: in medioqꝫ cadens.
Spasmosus: tremulus: tortus: ⁊ inde simul.

Caprizans incipit cū tarditate: deinde intersecat̄: ⁊ fit velox: cōponit̄ ex tardo: ⁊ veloci: ⁊ similat̄ saltui capreoli: q vadit duos passus: ⁊ postea saltat. Undosus vero incipit cū eleuatione ad superiora: deinde intersecat: ⁊ fit paruus descedēs: cōponit̄ ex magno: ⁊ pūo: ⁊ similat̄ vn̄ maris. Uermiculosus assimilatur vndoso: sed est paruus multe spissitudinis. Formicularis adhuc minor: ⁊ maioris spissitudinis. Serrinus vndoso assimilat̄ in diuersitate partiū. s. in elleuatione: ⁊ depressione: sed est durior: est enim serrinus pulsus velox: spissus: ⁊ durus: cuius ptes in magnitudine diastolis diuersificant̄. Cauda soricina est pulsus: qui variat̄ aliqn̄ ab aug^to ad diminutionē: aliqn̄ eḡ. ⁊ eius diuersitas ex magnitudine pendet: ⁊ caude muris assimilat̄: Fusalis: siue acualis: est pulsus: qui pcedit a diminutiōe ad aug^tus deinde ab aug^to ad diminutionē reddit: ⁊ ꝓpea fusalis dr̄ ad similitudinē fusi: q in extremitatib⁹ subtilis est: ⁊ in medio grossus. Bispulsans dr̄: q in vna pulsatione interpollit: ⁊ reuertit̄: ex quo sentiunt̄ due pulsationes in vno pulsu: iō nominat̄ sic: ꝓp' diuersitatē: quā hꝫ in vna pulsatione: qꝛ in eadē interpollare reuertit̄. Cadēs in medio est pulsus: q cadit in medio termino elleuationis: ⁊ iō noīat̄ cadēs in medio: ⁊ dr̄t a caprizāte: qꝛ in caprizāte scd̄a venit antequā cōpleat̄ pma sꝫ in cadēte in medio scd̄a venit cū cōplet̄ pcussio prima. Spasmosus est: in quo percipit̄ ꝯtractio. Tremulus est: in quo pcipit̄ tremor. Tortuosus est: q percipit̄: ac si filū torqueret̄: ⁊ hec de pulsib⁹ ꝯpositis. Circa dcā cadūt alique diffi^tes p^a diffi^tas est: vtrū necessariū sit medico cognoscere hoc genus pulsus boni ponderis: ⁊ mali pōderis: ⁊ vr̄: ꝙ sic: qꝛ necessarium est medico cognoscere oēs dr̄ntias pulsus: tn̄ qꝛ ad ipsū ptinet cognoscere virtutē vitalē: ⁊ sine hijs nō pfecte cognoscit̄: tum qꝛ ad nullū aliū artificē ptinet cognoscere has dr̄ntias. Cōfirmat̄ qꝛ alr̄ Gal. in lib° de dr̄ntijs pulsuū: ⁊ Halyabas 7° theorice frustra tractassent de hijs: si nō esset necessariū medico cognoscere ista. In cōtrarium videt̄ esse Auic. hic: q dicit: ꝙ ꝯsiderat cōparationē motus ad motū: ⁊ quietis ad quietē: ex quibus ꝯstituunt̄ ꝓportiones ꝯsonātie vident̄ ponere capitulum in cap° quasi dicat nō ptinet hoc ad medicū. Cōfirmat̄: qꝛ iste ꝓportiones variant̄ quinqꝫ modis sꝫ Gal. s. 2^m triplā duplā: sexqalterā: sexqtertiā: sexquiquartam: sed imp^le est cognoscere has: quare ⁊c. Rn̄dendo dixit ꝯciliator dr̄ntia 8ꝫ^a exponēs hoc dictum Auic. q ponunt has cōparationes ponūt cap^m in cap° ꝙ visum est Auic. ꝙ sit imp^le hoc sensu discerni: ⁊ medicus loquens de pulsibus: ⁊ dꝫ dicere solum de sensibilibus sed ille ꝓportiones nō sunt sensu pceptibiles: igit̄ supfluū est ī medicina tractare de istis: ⁊ iō dicit ponūt cap^m in cap° qꝛ quod dꝫ esse in cap° cognōnis intellectiue ponūt in cap° de signis: q̄ debent sensu percipi: tn̄ ista mixtio est ēt tolerabilis: qꝛ ꝓportiones pn̄t esse ꝯuenientes: ⁊ incōuenientes: ⁊ vgo tenet cū isto: lꝫ Dinus alr̄ dicat: ⁊ improbat̄ ab vgone ⁊c. Ad arg^ta pꝫ: ad p^m negat̄ ꝙ necessariū sit medico cognoscere oēs dr̄ntias pulsus: qꝛ solum sensibiles dꝫ cognoscere: ⁊ ad pbationē: negat̄ ꝙ sine illis nō possit pfecte cognoscere virtutē vitalem: ⁊ ad aliā pbationē dr̄: ꝙ ptinet musico cognoscere illas: ⁊ si esset medicus musicus ptineret ad illum cognoscere inquantū musicus est. Ad ꝯfirmationē dr̄ ꝙ non sunt frustra inquantū faciūt ad bn̄ esse: lꝫ nō ad esse medici faciant. Scd̄a diffi^tas est vtrū tria gña pulsus sumpta ex parte mobilis. i. arterie sint ꝓpria genera pulsus. s. durum molle: plenū: vacuū: calidum: ⁊ frigidū: ⁊ videt̄: ꝙ sic: qꝛ cū pulsus stet p motū: ⁊ ad motū non minus requirit̄ mobile: qꝫ virtus mouens: ⁊ qꝫ spatium: ⁊ qꝫ tēpus mensurans motū: sed a virtute: ⁊ a spatio: ⁊ a tēpore summunt̄ ꝓpria gña pulsus: igit̄ a mobili summunt̄ ꝓpria gña pulsus. In ꝯtrariū arg^r ex rōne Auic. 4° colliget: ꝙ pulsus inquantū pulsus nō stat nisi p motū: ⁊ quietē interceptā inter motus: igit̄ qd̄ non variat motū aliquo mō: nec quietē: non ptinet ꝓprie ad genus pulsus: sed mobile nō variat motū: nec quietē: igit̄ mobile nō ptinet ꝓprie ad genus pulsus. Rn̄dendo dicit̄: ꝙ cōiter loquēdo a quocunqꝫ: qd̄ ꝯcurrit ad motū pōt summi genus ꝓpriū pulsus: ⁊ sic loquit̄ Auic. ⁊ lꝫ ita sit tn̄ ꝓprie loquēdo nō solū ab eo: qd̄ ꝯcurrit ad motū: sed qd̄ variat aliq̄ modo motū: ⁊ quietē summit̄ genus ꝓpriū pulsus: sꝫ mobile nō variat motū: sed virtus: spatiū: ⁊ tēpus: ergo solum ab hijs ꝓprie summunt̄ gña pulsus: ⁊ per hec pꝫ ad rōnes. Circa dr̄ntias vrinarū: ex quib⁹ cognoscere opꝫ febres: cās earum: ⁊ tēpora: que fuerūt quintū dictū. Tangemus tria principalr̄: p° descriptionē De vrinis

prionē vrine: 2° diuisionē eius in gn̄a prima ⁊ signifi
cationes illoꝝ ne gn̄e: 3° significatiōes in spāli. Quā⸗
tum ad p^{m} tangemus tria: p° descriptionē eius: 2° de
clarationē eius: 3° quas ꝯditiones seruare oporteat:
vt significatio vrine recta sit. Pro p° vrina describit
a Gal. quarta pticula Aphoꝛ° in ꝯ° 69: ꝙ est cola⸗
mētū sanguinis veniēs ab epate ad vesicā. s. p renes.
Isaach vero in cap° de vrina dixit: ꝙ est colamētuꝫ
sanguinis: ⁊ alioꝝ humoꝝ. Pro 2° pro declaratione
descriptionis vrine intelligere opꝫ ꝙ vrina gn̄at in
epate: vbi massa sanguinis gn̄at: ⁊ sic capiēdo sangui
nē p aggregato ex oīb⁹ humoꝛib⁹: sic vrina ē colamē
tū sanguinis: qꝛ virtus sequestratiua epatis q̄ separ
colām sup̄fluā a sanguine: qui est in epate: ⁊ trāsmit⸗
tit ad chistim fellis ⁊ silr: q̄ separat fecē sanguinis. i.
meliaꝫ: ⁊ transmittit ad splenē: sic ēt sequestrat aquo
sitatē vrinalem a massa sanguinis: ⁊ transmittit ad
renes: deinde ad vesicā: ⁊ vltimo mittit ad extra: q̄re
pꝫ ꝙ vrina colamentū sanguinis est: pꝫ etiā super q̄
mēbra p̄ncipalr significet: qꝛ super illa: super que trā
sit. Pro 3° inquit Auic. nō opꝫ significationi vrine
credere: nisi postquā ꝯditiones obseruate fuerint: q̄
sunt quatuoꝛ p̄ncipalr: p° ex recto mō collectionis:
quia dꝫ esse prima collecta in mane: ⁊ tota: ⁊ in vitro
mūdo: vel cristallo posita. s. in vrinali 2° ex recto mō
ꝯseruationis: qꝛ dꝫ ꝯseruari: nō sub sole: nec sub vēto:
nec in loco frigido: nec ad ignē: 3° ex recto mō inspe⸗
ctionis: qꝛ non dꝫ statim inspici cū facta est: nec post
sex hoꝛas: immo Auic. dicit: nec post hoꝛā inspicias:
nec in radio solis nec lucerne: sꝫ in lumine solis. 4° ex
recto regimine obseruato ab eo: qui facit vrinā: quia
nō dꝫ ieiunasse in die p̄cedente: nec sumpsisse aliqd
tāgibile: vel comedēdo: vt crocū: vel aliud: nec pur⸗
gando se cum medicina: vt cassia: vel alia hmōi: nec
vigilasse illa nocte: nec fuisse vsum coitu: nec fuisse
passum laboꝛē coꝛporalē: nec accn̄tia aīa: maxime irā:
⁊ hmōi: qꝛ hec p̄mutāt vrinā ⁊ rectā significationeꝫ
impediūt. Circa descriptionē cadūt due diffi^tes^ p̄ma
est vtrū vrina sit colamētū sanguinis: ⁊ videt: ꝙ nō:
qꝛ si quis potaret aquā potecte: vel aliam aquā mine
ralem: ex qua p̄uenit multa quātitas vrine: tunc illa
vrina nō est colamentū sanguinis: qꝛ nō dr̄ colari ex
sanguine: nisi qđ est mixtū cū sanguine: sed talis aq̄
nō fuit mixta cū sanguine: ergo nō est colamentū san
guinis. Cōfirmat: qꝛ in dyabetica passione: qn̄cunqꝫ
aliquis bibit statim vrinat vrinā: que est sicut aqua:
⁊ pꝫ silr: ꝙ illa nō est sequestrata a sanguine: quia nō
fuit mixta sanguini. scd̄a diffi^tas^ est an istud colamen⸗
tum sanguinis fiat in epate: an in renib⁹: ex vna pte
videt: ꝙ in epate: qꝛ sicut colāt ⁊ melia sup̄flua seque⸗
strant in epate. s. trāsmittendo colām ad chistim: ⁊
meliam ad splenē: sic ēt videt: ꝙ aquositas vrinalis
sequestret in epate: ⁊ transmittat ad renes: ex altera
pte videt: ꝙ fiat in renibus pp duo: p°: qꝛ opꝫ prius
aquositatē misceri cū sanguine in venis: vt fiat subti
lis ⁊ sic possit sanguis subtiliatus penetrare p vias
angustas: 2° qꝛ in epate non est rete: p qđ possit colari
vrina: sꝫ in renibus est: quare fiet colatura in renib⁹.
Rn̄dendo ad p^{m} dr̄: ꝙ de vrina possumus loqui du⸗
plr. s. p̄prie: ⁊ cōiter: p̄prie loquendo vrina dꝫ habere
duas ꝯditiones. s. vt sit gn̄ata cum sanguine: ⁊ vt sic
colata ex eo: cuꝫ vrina dicat ab vrrit greco: qđ demō
stratio dr̄: qꝛ sic demr̄at qualitatē sanguinis: ⁊ sic oīs
vrina est colamentū sanguinis: cōiter vero loquēdo
oīs humiditas veniēs ab epate ad vesicā dr̄ vrina: si⸗
ue vna illarū ꝯditionuꝫ deficiat siue ambe: ⁊ sic vrina
dyabetici: ⁊ vrina facta ex aquis mineralibus vrina
dicenda est: quāuis nō sit colamentū sanguinis: quia
Gal. loquit de vrina p̄prie: vel pōt dici ꝯcedendo: ꝙ
oīs vrina est colamentū sanguinis large capiēdo co⸗
lamentū. s. p eo: qđ sequestrat ab aliquo: ⁊ sic oīs hu⸗
miditas veniēs ab epate ad vesicā vrina dici pōt: qꝛ
cum sequestrat in epate a massa sanguinis pōt dici
colata a sanguine: ad 2^{m} sunt duo modi rn̄dēdi. Mo⸗
dus cōis est: ꝙ vrina sequestrat a massa sanguinis in
epate: ⁊ trāsmittit cū modica quātitate sanguis p ve
nas emulgētes ad renes: ⁊ nō totalr seq̄strat a sangui
ne in epate: vt renes capiāt nutrimētū ab illo modi⸗
co sanguine: q remanet cū vrina: ⁊ sic sequestratio il⸗
la dr̄ colatura: lꝫ nō p̄fecte colata sit: ex hoc pꝫ ad ar⸗
gumētū ꝯtra qꝛ remanet sufficiens quātitas aquosi⸗
tatis cum sanguine qn̄ sit talis sequestratio in epate:
vt possit trāsire p venas. Ad aliam rōneꝫ cum dr̄: cū
non sit rete in epate non opꝫ ibi colari: dicit: ꝙ cola⸗
tura minuta non pōt fieri sine retibus: sed colatura
grossa pōt fieri: que est quedā sequestratio huius ab
hoc. Alter modus est. Theophili dicentis: ꝙ vrina
gn̄at in epate: ⁊ discernit in renibus: ⁊ rō est: qꝛ a ra⸗
mosa vena: que sanguinē gn̄at in epate opꝫ prius trā
smitti sanguinē cū aquositate mixtū ad venā chiliꝫ:
vt possit penetrare p angustos meatus: p quos nō pos
set trāsire sine aquositate: ⁊ iō vena chilis trāsmittit
postea aquositatē ad lumbos: ⁊ renes a dextris: ⁊ fini
stris 2^{m} labdā lrām grecā: ⁊ lumbi sic trahūt a vena
chili: ⁊ ibi p renes colat. Quantū ad 2^{m}. s. de diuisio⸗
ne vrine in prima gn̄a: ⁊ significationibus eoꝝ in gn̄e
mō dn̄dum est. Urina diuidit: qꝛ alia nālis dr̄: ⁊ alia
nō nālis vrina nālis ex tribus p̄ncipalr ꝯstat. s. ex de⸗
bita sb̄a: ex debito coloꝛe: ⁊ ex debito ꝯtento: ⁊ iō di
xit Hipp. vrina est hypostasim albā: lenē: ⁊ equalem
hn̄s: supple ꝯn̄teꝫ sb̄aꝫ moderatā: ⁊ coloꝛe optimo: qꝛ
tetigit solum principalioꝛem partem. ¶ Urina
principalr ꝯsiderat ex trib⁹. s. in caloꝛe: sb̄a: ⁊ ꝯtēto.
¶ Grossa malos chimas demonstrat frigidioꝛes.
¶ Oppilat qꝫ vias subtiles: atqꝫ meatus.
¶ Alba quoqꝫ: ⁊ nigra declarat frigidioꝛes.
¶ Si rubet: humoꝛem calidum demonstrat aperte.
¶ Albet hypos subtus residens figura rotunda.
¶ Leuis: ⁊ equalis: ⁊ multo tempoꝛe durans.
¶ At coloꝛ hinc viridis chimum designat vtrunqꝫ.
Est ergo vrina nālis sb̄a moderata hypostasim hn̄s
albā: lenem: ⁊ equalē: ⁊ in coloꝛe ruffa: vel subruffa. i.
parū rubei p̄ticipans: vt dixit Gal. lꝫ magnus medi
cus dixit ruffa esse dꝫ: hec Thophilus. Nō nālis ve⸗
ro vrina est: que deficit a nāli vrina in aliquo hoꝛum
triū: vel in plibus. Quare si in sb̄a deficit: erit aut te⸗
nuis: aut pinguis. i. aut subtilis: aut grossa: ⁊ si subti⸗
lis duplr variat: quia vel mingit subtilis: ⁊ remanet
subtilis: vel mingit subtilis: ⁊ fit grossa: prioꝛ est vlti⸗
me indigesta: scd̄a vero p̄ncipiū digestiōis significat:
silr grossa vrina diuidit: qꝛ vel mingit grossa: ⁊ rema
net sic: aut mingit grossa: ⁊ fit subtilis: prima signifi⸗
cat indigestionē humoꝝ grossoꝝ: scd̄a vero p̄n^m^ dige⸗
stionis. Cum sb̄a vrine cōp̄rehēdit claritas: ⁊ turbu⸗
lentia scd̄m Theophylū ⁊ Auer. Claritas in tenui
est: ⁊ turbulentia in grossa: nō ꝙ oīs grossa sit turbu⸗

do valde comēdaꝛ. Post digōnē sirupoꝝ: si opꝫ dare
farmacū da pillularū de fumoterre: pillularū agrega
tiuaꝝ añ. ʒ. ß. reformenꝛ pillule gnqꝫ. Post matura-
tionē apostˢᵗⁱˢ aut aptū est apostema aut nō: si sic: vteꝛ
mūdificatiuo: qđ dicā: ⁊ si nō est apertū api tu cū lan
ceta: ⁊ postea vtere mūdificatiuo: vł ex melle rosato
solo: vel ex terbētina mixta cū vitello oui: ⁊ supra po
ne postea peciā intinctā cū vnguēto ꝯsolidatiuo. s. vł
basilicone: vel vnguento de lytargirio. Dieta sit te-
nuis: abstineāt a vino si virtus: ⁊ etas consentiūt: bi-
bāt aquā zuccaratā cū vino gnatoꝝ: capiāt ferculū
factū ex mica panis in iure pulli: sine carnibus: ꝫ ca-
piāt modicū marciapani: ⁊ h̄ de effiˢᵗⁱˢ dicta sufficiāt.

De febre sanguinis in vniuersali.

CVm febres sanguinis sint medie inter putri-
das: ⁊ effimeras vt ingᵗ Auer. ꝯñter post effi-
meras de febrib⁹ sanguinis determinādū est: sunt au
tem due spēs febris sanguinis: vna est dū sanguis nō
est putrefactus: que dr̄ synocha: ⁊ alia dū sanguis est
putrefactus: que dr̄ synochus: ⁊ hic synochus tribus
modis disponiꝛ: vnus est homotenus. i. eodem mō te
nens qꝛ semꝑ in statu est: ⁊ alius ē augmasticus: qui
continue ꝓcedit augmentando: ⁊ hoc est: qꝛ plus est
qđ dissoluiꝛ: qꝫ quod resoluiꝛ: ⁊ tertius est epigmasti-
cus. i. qui declinando ꝓcedit: ⁊ hoc est: qꝛ minus est
quod dissoluiꝛ: qꝫ qđ resoluiꝛ: ⁊ hec febris est morbus
acutus: ⁊ ꝑiculosus: acutus quidē: quia nō transit se-
ptimā: sed vt plurimū in quarta die terminaꝛ: ⁊ ra-
ro in septima: sed synochus vt plimū terminaꝛ in se
ptima ⁊ nūquā venit ad declinationē: ꝑiculosus est
ꝓpter idem: ⁊ ēt quia terminaꝛ ꝑ crisim aut ad sani-
tatē: aut ad mortē: ⁊ ꝓpterea in his febribus dicit Gal.
cognoscunꝛ boni medici: quia cito subueniūt natu-
re antequā deficiat. ¶ De causis.

CAusa huius febris est: qꝛ cū quis exercitari cō-
suetus est: ⁊ subito ꝑdit exercitiū: ⁊ vtiꝛ cibis:
⁊ potib⁹ multiplicātibus sanguinē incurrit hmōi fe
bres: sed dr̄nt: qꝛ in synocho nō solū gn̄aꝛ multa quā-
titas sanguinis: sicut in synocha: ꝫ gn̄aꝛ ēt mala qua
litas: ꝓpter quā putrescit sanguis: ⁊ hec mala qualitas
fit: qꝛ visus est multis fructibus multiplicātibus ma-
lam qualitatem sanguinis. ¶ De signis.

SIgna huius febris sumunꝛ a q̄tuor reb⁹: primo
a sbālr inherētibus: ⁊ est calitas magna: ⁊ lenis
ꝑcepta: a tactu: qꝛ sanguis calus: ⁊ humidus est scđo
ab opōnibus: ⁊ ab opōne vitali pulsus magnus est
valde: ⁊ plenus: ab opōne sensitiua: quia dolor capi-
tis est cum pulsatione rōne plenitudinis arteriaꝝ: ⁊
cum tensione rōne plenitudinis venaꝝ: ⁊ arteriarū:
ab opatione nālı epatis: qꝛ sitis intēsa rōne inflama-
tionis epatis: tertio a q̄litate mutata: rubedo faciei:
⁊ oculoꝝ: ⁊ apparitio lampadarū ardētiū rōne vapo
rum ascēdentiū: ⁊ ꝑmutātiū mentē. quarto ab exeū-
te mutato: qꝛ vrina rubea: ⁊ grossa est: ꝫ in synocho:
cum fetore: ⁊ liuore: ⁊ in synocha sine fetore: ⁊ liuore.
De signis ꝓnosticis: si apparēt pustule liuide: aut ni
gre mortē signānt: silr̄ si in ventre audiꝛ sonus: sicut
tonitrui: sicut dicit Auic. Si lachryme apparēt ꝓpter
maliciā morbi: aut difficultas anhelitus: aut ꝓfoca-
tio: ⁊ apostᵗᵃ in vijs anhelitus silr̄ mortem signānt: si
post somnū sentiat se gnatū ista oīa mortē signānt: si
opō velox: vel tarda sit digōnis: vł indigōnis: crisim
breuē: vel longā: salutē: vel mortē signānt relata ad
virtutem. ¶ De cura vniuersali.

PRo cura vl̄i duplex est intētio. s. euacuatio: ⁊ al
teratio: ꝓ euōne cōuenit flobothª: ꝓ alteratione
simplici ꝯuenit potus aque frigide: ꝫ ꝓ alteratione
restauratiua ꝯuenit dieta ꝯueniens frigida: ⁊ humi-
da: flobothª: ꝗ facienda est in hac febre si v̊tus ⁊ etas
cōsenserit: dr̄ si v̊tus ꝯsenserit: qꝛ si esset debilis ꝑ viā
resolōnis nō ꝯueniret: ꝫ si ē debilis ꝑ viā aggrauatio
nis bñ ꝯuenit: dr̄ si etas ꝯsenserit: qꝛ nec pueri: nec se-
nes flobothomādi sunt dixit Gal. in epla ad Glau-
conē a sexto decimo vsqꝫ ad. 45. ēt Auic. dixit a. 14.
vsqꝫ ad. 40. flobothomādi sūt: ⁊ a scđa hora diei vsqꝫ
ad tertiā dicit Auic. 5. ꝑmisso clysteri: ⁊ ante 4ᵐ diē
faciēda est: qꝛ post nō ꝯueniret: aut nō tm̄: ⁊ de vena
basilica si demōstrat: sin aūt de cōi: ⁊ quātitatē cōue-
nientē extrahere opꝫ: q̄ mēsuraꝛ ꝫm tp̄s: etatē: ⁊ ꝯsue
tudinē. Gal. dixit vsqꝫ ad syncopim. s. exclusiue: qđ
cognosceꝛ tangēdo alterū pulsū dū fit extractio san
guinis: ⁊ cū sentis v̊tutē: tūc iube claudi venā. Po-
tus aq̄ frigide dandus si os siccū fuerit: ⁊ lingua ari-
da: ⁊ aspera fuerit: ⁊ melior est aqua fontis: ⁊ danda
est dum signa digōnis apparuerint: ⁊ mēsura quāti-
tatē ꝫm tp̄s anni: etatē: ⁊ nām. i. cōplexionē: ⁊ ꝯsue
tudinē: ⁊ nō sit aliqd impediens. s. de dolore stomaci:
vel viscerꝝ: vel apostemate: vł incōsuetus fuerit. Die-
ta ꝯueniēs est dieta tenuis: vt prisana: vł mica panis
bullita ī iuꝛ pulli si v̊tus tolerat: qꝛ si nō tolerat opor
teret daꝛ modicū ꝯtusi salsi añ ferculū. s. capere duos

bolos carnis: et addere coclear vnū seminū cōium: et modicum panis: et manuschristi plari: sed in sero pue nit solū ptisana: et deƀ loco vini aqua zuccarata cum modico vino granantoꝝ: et de mane cibeƀ hora cōsue ta dicit Gaƀ. si aliud nō impediat: quāuis alij dicāt: ꝙ hora pueniētior cibationis est in matutinis .i. in aurora. Difficultas est primo vtrū ista cura vlis: que est cum tribus remedijs .s. cum flobothª potu aque frigide: et dieta tenui sit cōis oībus speciebus febris sanguinis: Et videƀ ꝙ non: qꝛ in epigmastico: q est tertia spēs synoci non pueniunt flobothª nec potus aque frigide: pȝ per Gaƀ. in cura epagmastici dicen tem: Cum medicus cognouerit epagmasticum nihil adhibere opȝ nisi oleū rosatum qḋ capiti frigidū in fundat: nec esca vetāda est: et vinū leue dandum est et aquatissimū: cui si aliqḋ aliud adhibueris adiutoriū: aut escam negaueris facies synochū homotenū: hec Gaƀ. In ɔtrariū videƀ esse Gaƀ. q dicit supra de cu ratione vlī synoci dicendū est: et ponit postea illa tria remedia. Rñdendo dƀ ꝙ Gaƀ. non intelligit de cura tione cuiuscūqȝ synoci illa tria remedia: sed solū de synoco: q est febris acuta ɔtinua sine intermissione: et requie: sed cū epigmasticus ɔtinue declinet: et sit cuȝ rege iō de illo nō intelligit: ſȝ de oībus alijs febribus sanguinis intelligit tam de synocha: q̄ȝ de synoco: et si dƀ de cura vlī intelligit: quia pluribus puenit: non tū oībus. Circa putrefactionē sanguinis est triplex difficultas: prima difficultas est an possit fieri febris simplex a putrefactione sanguinis: et vƀ: ꝙ non: quia cum sanguis putrefit subtile puertiƀ in colerā: et gros sum in meliam: igiƀ febris sanguinis cōponiƀ cum fe bre colerica: et melica. In ɔtrariū arguiƀ: qꝛ ex quo cūqȝ humore simplici p corruptionum eius pōt fieri simplex febris: igiƀ non magis ex colera: et flegᵗᵉ pōt fieri febris simplex: q̄ȝ ex sanguine. Rñdendo Auic. voluit ꝙ possit fieri febris simplex ex putrefactione sanguinis: sicut ex putrefactiōe alioꝝ humoꝝ. Gaƀ. videƀ dicere ɔ̄triū: qñ vult ꝙ subtile sanguinis puer tatur in colerom: pōt tamen sustentari stante hoc: ꝙ sit simplex in fieri: lȝ non sit simplex in facto esse: sed cōposita. scḋa difficultas est si ex sanguine possit fieri febris interpollata: et videƀ ꝙ sic: qꝛ sanguis pōt pu trefieri in tanta distantia a corde: ꝙ calefactū esse nō possit cōtinue puenire ad coꝛ: ḡ erit interpollata. In ɔtrariū est Auc. dicēs sanguis nō putrefit: nisi intra venas: igiƀ ex sanguine nō fit: nisi ɔtinua: et nō inter pollata. Rñdēdo de hoc sunt opiones. Auic. vult: ꝙ ex sanguine nō possit fieri febris interpollata pp ra tionē dictā: ad rōnem in ɔ̄triū: negaƀ ꝙ sanguis pos sit putrefieri in tanta distantia: vt calefactū esse non cōtinue attingat ad coꝛ. Gordonius vero vult ɔ̄triū: et ad dictū Auic. ꝑcediƀ ꝙ putrefit solū in venis: sed non valet ɔ̄ña: igiƀ semp faciet ɔtinuā: tertia difficul tas est de ordine istarū febriū: que sit prima: et q̄ scḋa: et videƀ: ꝙ homotenus sit prima ſm Gaƀ. in eplā ad Glauconē et scḋa spēs est augmasticus: q̄ semp est in augmēto et tertia spēs est epigmasticus. In ɔtrariuȝ est Gordonius dicēs: ꝙ prima spēs est que procedit semp augendo: et est deterior: scḋa spēs est epigmasti cus: qui ꝑcedit semp declinando: et tertia spēs est ho motenus q̄ est in statu. Rñdendo de hoc sunt opinio nes: vt pȝ arguēdo: sed opīo Gaƀ. melior est .s. ꝙ ho motenus est prima spē: qꝛ est fortior alijs: qꝛ egritu do: que est in statu est fortior ea: q̄ est in augmento vel declinatione. Circa flobothᵃᵐ cadit difficultas supra tacta .s. an cōueniens sit extrahere sanguinē vsqȝ ad syncopim: vt dicit Gaƀ. Cōtra hunc arguit Auic. quia nā regulariƀ opans nūquā facit tantā euacua tionē. Itē qꝛ medicus nō dȝ euacuare: nisi qḋ est sup fluū. Rñdēdo dicimus: ꝙ Gaƀ. intelligit vsqȝ ad syn copim exclusiue: et sic rōnes solute sunt: et veniunt ad idem. Circa potū aque frigide est difficultas vtrum possit puenire in febre sanguinis: et vƀ: ꝙ nō qꝛ aqua frigida ingrossat: sed nō puenit ingrossare sanguinē: quia est humoꝛ grossus: quare. Rᵒ Auic. dicit: qñ hu moꝛ est subtilis: vt in colera pura puenit aqua frigi da: qꝛ ingrossando digerit: et qñ humoꝛ est grossus: et digestus puenit ēt aqua frigida: qꝛ nō tollit digōneȝ: et infrigidat: et sic est de sanguine: qꝛ nō expectaƀ digō in eo. Circa dietā est difficultas: qꝛ dieta dȝ hr̄e ordi nem in febre: qꝛ ī pñᵒ grossius puenit dietare: et in statu subtilius: et in declinatione grossius ſm Hippo. pma aphori. sed hoc nō pōt hr̄e ordinē: qꝛ si homotenus est cōtinue in statu dȝ semp tenuissime dietare si alia est in declinatione semp dȝ grossius dietare: si altera est in augmēto nec subtiliƀ: nec grosse dietare dȝ: quare. Immo vƀ impossibile ꝙ febres sint huius nāe: quia si est alia semp in statu: nunquā erit in declinatione: et ɔ̄siter erit mortalis: et si alia semp est in augmēto nū quā veniet ad statū: nec ad declinationē: quare moꝛ talis erit: et si alia est semp in declinatione: ḡ nūquā hūit pñᵒ nec augmētū nec statū. Rᵒ dicitƀ: ꝙ homote nus dƀ esse in statu: qꝛ est febris semp intēsa valde: do nec fiat euō sanguinis: et iō dieta tenuis valde puenit ei: donec stat in statu: et alia dƀ agmasticus: qꝛ semper crescit: donec fiat euō: et iō opȝ ꝑcedeƀ ɔtinue magis subtiliādo: et alia dƀ esse in declinatione: qꝛ minuēdo ꝑcedit: et sic dieta hȝ ordinē in his. Ad aliud cū ar guiƀ: ꝙ impossibile est febres esse huius nāe: dƀ: ꝙ dñr sic p similitudinē esse in statu: qꝛ intense valde: et esse in augmēto qꝛ crescendo ꝑcedunt: vel in declinatio ne: quia minuēdo ꝑcedūt. Gordonius dixit: ꝙ licet tempora morbi non distinguantur quo ad accidēria: distinguuntur tamē quo ad digōnem: et indigestionē.

¶ De febre sanguinis in speciali.

Pro cura spāli febriū sanguinis Gaƀ. pᵒ ponit signa distinguētia inter illas spēs: deinde ponit curā spālez aliqḋ addēdo. Signa hōteni sunt pulsus spissi .i. frequētes: et graniores: et sordidi .i. inequales: lingua siccioꝛ: sitis acerrima: lyporhomia: vel angu stia nō deest: cui nulla dclinatio pōt inueniri vsqȝ in quintā vel sextā diem: quē synochū in pᵒ diatrito po teris cognosceƀ. Signa augmastici a pñᵒ nō exagitaƀ grauibꝰ febribus: sed p singulos dies: et horas crescit: et hunc infra tertiā diem puenit cognoscere: si curis prius aspera: asperioꝛ inueniƀ: vrina ruffa .i. rubea in ueniƀ: venter p singulos dies ɔstringitur: pulsus ma gnus: et frequēs: et sordidus .i. inequalis: et qḋ grauius est singulis diebus et horis augmētatur: in qbus non est status: nec declinatio: sed tantūmō augmēta inue niunƀ. Signa epigmastici a pñᵒ grauioribus febribꝰ pulsaƀ: et qcūqȝ medicus eū viderit valde de eius vi ta dubitat: scḋa vō die: et 3ª declinatioꝛ īuenitƀ: et venē eis soluitƀ: aut sudoꝛ emittitƀ: aut sanguis ex naribꝰ ef fluit: pª die sitis patitƀ: 2ª die: et 3ª refrāgitƀ: pulsus mi noꝛ: q signa discussionis si īfra tertiā diē nō habuerit

securus

securus esto in quarta: vel septima cum crisim habitu/
rum: q̄ cum diligẽter cognoueris sine auxilio medici
ne sanitatẽ ꝑmittas. Pro cura homoteni: cum in cu
ra vl̃i posuerit tria remedia .s. flobothãm vsqz ad syn
copim: ⁊ potũ aque frigide copiosum: ⁊ dietã tenuẽ:
nunc in cura sepãli reperit illa tria remedia: ⁊ addit
tantũ balneũ aque dulcis: qđ dicit faciendũ esse post
flobothãm p quatuor dies in epl̃a ad Glauconẽ: lz cõ
mento de ingenio dicat seq̃nti die balneũ faciendũ.
Pro cura vero augmastici reperit flebothãm faciẽdã
infra tertiã diem: ⁊ loco aque frigide docet potionez
facere ligãdo duo coclearia seminis apij: in linteo: vt
bulliant in vase aqua pleno: ⁊ de hac aqua dare cum
potũ desiderat: ⁊ dietã tacet: qr intelligit eaz debere
obseruari: addit aut tria remedia .s. clyster̃ lenitiuũ:
⁊ catarticũ .i. solutiuũ: qđ euacuet colerã: in quo po/
nit diagridij ℨ .j. ⁊ addit remediũ pro dormitione .s.
fomẽtare caput cum decoctione: in qua papauer sit
coctum. Pro cura vero epigmastici dicit: cum medi
cus cognouerit epigmasticũ nihil adhibere opz nisi
tm̃ oleum rosatum capiti infundere: ⁊ esca ei nõ est
vetanda: ⁊ in declinatione vinũ leue aquatissimũ dã
dum est: cui si aliud adiutoriũ adhibueris: aut escam
negaueris facies puerti in sinochũ homotenum. hec
Gal̃. Pro cura speciali harũ febriũ ſm Auic. ⁊ Se/
rapionẽ: ⁊ alios: cum sit necesse vti septẽ intentioni/
bus .s. lenitione vẽtris: flobothª: digõne: ⁊ euacuatio
ne cũ farmaco: potione aque ordei infrigidatiua: cor
rectione accidentiũ ⁊ dieta puenieẽti: que sit regimẽ
apperitiuũ: incisiuũ: ⁊ extinctiuũ: Cadit difficultas:
qr aut Gal̃. diminutus est: aut alij supflui sunt. Re/
spõdẽdo dr̃ ꝙ vbi fieret euacuatio sanguinis vsqz ad
syncopim inclusiue: sicut voluit Gal̃. forte nõ esset ne
cessariũ aliud remediũ vltra flobothãm: ⁊ potũ aque
frigide: ⁊ dietã conuenientẽ: sed vbi ꝓhibitus fueris
extrahere sãguinẽ: aut nõ audebis extrahere tantam
quãtitatẽ: necesse est synochum aliqualr̃ ꝓlongari: ⁊
ita plures alie intentiones habẽde sunt ꝓ cura eius.
Gordonius vero dixit. Cum hec febris cõiuncta fue/
rit cuz crapula necesse est plures alias intẽtiones ha
bere vltra flobothãm ⁊ potũ aque frigide: qm̃ ⁊ dige/
stiuũ: ⁊ euacuatiuum colere dare oportebit: ⁊ ẽt corre
ctionem multoꝝ accidẽtiũ cum dieta puenieẽti. Leni
tio ventris põt fieri tam cũ clysteri cõi: q̃z cum leniti
uo dato p os: siue sit cũ cassia: ⁊ tamarindis: vel cum
mãna: siue in potione: siue ĩ dactylo: ⁊ saltim alternis
diebus. Flobothª debet fieri ante quartũ diem si vir
tus: ⁊ etas ꝯsentiunt: ⁊ Gal̃. dixit vsqz ad syncopim:
Auic. ⁊ serapio intẽdũt vsqz ad syncopim inclusiue.
Nos aũt ꝓpter rõnes Auer. ꝯtra ipm̃ dicimus vsqz
ad syncopim exclusiue: ⁊ si aliq̃d impedit: vt nõ pos/
sit flobothomari applica vẽtosas ad spatulas: ⁊ scari
fica: sic Auic. sic Gordonius dñr. Digestiuũ sit hoc.
℞ sirupi de endiuia simplici: acetosi simplicis: sirupi
de fumoterre añ. vnc. ς aque lupuloꝝ: aq̃ nenufaris:
⁊ aque violarũ añ. vnc. j. misce ꝓ vna vice: ⁊ da plu/
ribus vicibus: donec videas digõnẽ. Euacuatiuũ sit
euacuãs: aut cum medicina simplici. ℞ mãne: cassie:
añ. vnc. j. reubarbari ℨ. j. ς. infunde reubarbarũ in
aqua endiuie: ⁊ tribiano: ⁊ fac expressionẽ in mane: ⁊
distẽpera cassiã ⁊ mãna cum decoctione recẽti: ⁊ cor/
diale: ⁊ misce cũ infusione reubarbari: aut euacua cũ
medicina composita. ℞ diacatholiconis: ⁊ cassie añ.
vnc. j. electuarij de succo rosarũ ℨ. iij. distẽpera cum
decoctiõe recẽti: ⁊ cordiali. Alteratio infrigidatiua
sit cum aqua ordei: de hac cũ iuleb: vel zuccaro detur
ad bibẽdũ qñ vult: vt sitim extinguat: ⁊ si debilitaret
stomacũ bullias passulas intus: qr sic ꝯfortabit stoma
cum. Correctio accidentiũ fiat sicut supra dictũ est:
aliqñ enĩ patiunr̃ vigilias: quare da sirupũ de papa/
uere: ⁊ alia supra dicta: aliqñ patiunr̃ tussim: quare
tolle passulas: iuiubas: sebestẽ: ⁊ zuccarũ candi: bul/
lias in aqua de illa bibat: ⁊ alia supra dicta. aliqñ pa
tiunr̃ cardiacã: recurre supra ad remedia dicta: ⁊ sic
de alijs accñtibus. Dieta puenieẽs est succus prisane
bullitus in iure pulli: ⁊ cum aqua bullita cum zucca
ro fiat potus: ⁊ adde modicum vini granatoꝝ: si vir/
tus tolerat nõ transeas ad aliud: si vero non tolerat:
da micã panis bullitã in iure pulli de mane: ⁊ in sero
prisanã: ⁊ si vis dare vinũ da: vt sint due ptes aque:
⁊ vna vini vel albi: vel rubei nõ refert: sed non sit dul
ce neqz ponticum .i. non sit bruscum: ⁊ da medicum
marciapani: ⁊ hec erit sufficiens dieta.

De causonide.

Causon est febris de col̃a intra vasa existente in
loco ꝓximo cordi: et dicir̃ de colera: qr causon est
ſm duos modos: qr aut est de col̃a pura: aut de flegᵗᵉ
salso: vt ingt Hippo. in epidimijs: dr̃ intra vasa exi/
stente: qr hec col̃a putresit intra venas: ⁊ ꝓpterea hec
febris est ꝯtinua: dr̃ in loco ꝓximo cordi: qr hec colera
putresit vel in venis oris stomaci: vel epatis: vel pul
monis: ⁊ ꝓpterea febris incẽsiua dr̃: ⁊ p hoc differt a
terriana: q̃ est de col̃a putrefacta in venis remotis a
corde: sed causon in ꝓximis: ⁊ iõ causon incẽdiũ in/
terpretar̃. hec Gordonius. Et addit Auic. Et pro
pterea causon accidẽtia vehemẽtiora hz: ⁊ iõ opz: q̃
sit breuioris spatij: q̃z tertiana: ⁊ causon ſm plurimũ
terminar̃ in quarta die: ⁊ raro in septima: ⁊ senibus
parũ accidit: ⁊ cũ accidit ꝑimit: qm̃ non fiunt nisi a
causa forti: ⁊ virtute eoꝝ debiles sunt: ⁊ iuuenibus: ⁊
pueris accñt plurimũ: sz leuior est ĩ infantibꝰ pp hu
miditatẽ. Signa huius febris sumpta ex rebꝰ ꝑter
nãm: primo ꝯtinuitas febris cũ occultatione tẽporuz
morbi ꝓpter vehementiã caloris: qr hic nõ apparet
manifesta excresentia: sicut apparet in alijs febribus
cõtinuis. scđo accñtia insequẽtia intẽsionẽ magnam
demõstrãt hanc febrẽ: q̃ sunt ariditas lingue: sitis in
tẽsa: dolor capitis: instãtia vigiliarũ: alienatio: frene
sis: syncopis: ⁊ hmõi. Signanr̃ ẽt sup hanc febrẽ ex
rebus nãlibus: qm̃ fit ſm plurimũ in statu adolescen
tie: ⁊ in cõplexione cal̃a colica: ⁊ in regione cal̃a: ⁊ ac
cidit extenuatis hñtibus corpora macra: ⁊ pulsus ve
lox: ⁊ freq̃ñs. Signanr̃ ẽt sup eam ex rebus nõ nãli/
bus: qr accidit ꝓprie in aere calidissimo .s. tpe estus: ⁊ il
lis accidit: q̃ multitudine ciboꝝ caloꝝ vtunr̃: ⁊ potu
vini assiduo: ⁊ potenti: ⁊ q̃ exercitijs multis: ⁊ labo/
riosis vtunr̃: ⁊ multo: ⁊ multũ vigilãtibus: ⁊ ẽt furo/
re: ⁊ ira repletis. Pronosticatio dicit Hippocrates
Si in febre causon tremor accidat: permixtio mẽtis
resoluitur ab eo tremorem: ratio est: quia ex permixtio
ne mentis calefit valde cerebrũ: ⁊ inde calefiunt ner
ui. Et si in causon fit permixtio mentis: resoluitur
ab eo per tremorem: ratio est: quia per expulsionem
materierũ ad neruos fit alleuiatio capitis. Et pluri
mum causon ꝯsumir̃ vomitu: aut solone vẽtris: aut
sudore: aut fluxu sanguinis nariũ. Et vt plurimũ ter

Correlarium.

minaẽ in quarta die ad bonũ: vł malũ scḋm ꝙ bona
signa: vel mala apparuerint in pn° morbi: aliqñ tñ se
extẽdit ad septimum: bona aũt signa sumunẽ maxīe
ex virtute: ex vrina: ⁊ accñtibus: ⁊ ex iuuãtibꝰ: ⁊ no-
centibus: si. n. virtus fortis fuerit: ⁊ vrina aliquã bo
nitatẽ digõnis oñdat: ⁊ accidẽtia nõ nimis infestẽt:
⁊ iuuamentũ sumat ex administratis salutẽ porten-
dit: si vero ecõtra mortẽ: ⁊ iõ hec febris senibus semꝑ
mortalis est: iuuenibus nõ semꝑ: pueris vero minus
ꝓpter humilitatẽ multã eoꝝ. Pro curatiõe huius fe
bris. Cum hec febris sit mala complexio cũ mã: rõne
mãe cõpetit euõ: ⁊ rõne male cõplexionis cõpetit al-
teratio. Euõ vero est triplex. s. lenitio vẽtris: minora
tio: ⁊ eradicatio mãe: sed eradicatio presupponit di-
gõnẽ: qa digesta medicari opꝫ ſm Hippo. Alterõ ẽt
est triplex: qꝛ alia est alterõ simpłr. s. morbi. i. correcti
ua male cõplexionis derelicte a febre: siue a morbo:
alia vero est alterõ correctiua accñtiũ: alia vero est al
teratio dicte scḋm indigẽtiã virtutis: qꝛ modus die-
tandi partim sumunẽ a morbo: inquantũ frigidis: ⁊
humidis dietis vtimur: partim sumiẽ a virtute: ⁊ cã
morbi: a ṽtute qdẽ: inquãtũ vtimur cibis ꝯseruãtibꝰ
virtutẽ: a cã vero morbi: inquãtũ subtiliamus cibũ:
quia subtiliatio cibi fit ne multitudo eius impediat
virtutẽ circa causam digerendã. Lenitio vẽtris põt
fieri cũ clysteri: ⁊ cũ lenitiuo: clystere cõe: qḋ fit cũ de
coctione malue: matris violaꝝ blete: ⁊ mercurialis:
addito zuccaro rubeo: oleo violato: ⁊ sale: ꝯueniẽs ẽ.
Potest ẽt fieri lenitiuũ vel ĩ forma dactili: vel in po-
tione: exẽplũ primi ℞ pulpe cassie vnč. j. tamarindo
rum vnč. j. fiat dactilus cũ zuccaro: in potione vero
põt dari non solũ cassia. ʒ. vnč. j. distempata cũ deco-
ctione recẽti: ⁊ cordiali cũ tamarindis: sed ẽt pñt da
ri due vntie mãne ꝑ delicatis cũ vnč. j. tamarindoꝝ
distempatis cũ decoctione recẽti: ⁊ cordiali. Minora
tio põt esse cũ flobothª ⁊ cũ farmaco: vñ Auer. 7° col-
liger dicit. In pn° opꝫ purgare cũ medicina attracti
ua: ⁊ minueẽ ex sanguine: qñ signa appuerint Auic.
dixit. Et cum indiget euõne: tunc festinantia est me-
lior: ⁊ non flobothomeẽ: fortasse enĩ inflãmabit eos: ⁊
fortasse iuuabit: si illic fuerit turbitas: ⁊ rubedo: qua
re flobothª poniẽ sub dubio: ⁊ tñ si signa appuerint
scꝫ de vrina rubea: ⁊ turbida. i. grossa: facienda: ⁊ qꝛ
hoc raro est: ideo Gordonius dixit: flobothª autẽ nũ-
quam fiat: ⁊ si debeat fieri: hoc est de raro ꝯtingenti-
bus valde. s. rõne oppilationis: ⁊ alioꝝ particulariũ.
De minoratione cũ farmaco a pn° Auic. loquiẽ sub
dubio: siue ꝯditionate dicens: cũ indiget euõne festi-
nantia est melior: ⁊ silr Auer. cum ꝯditione dicens.
In pn° opꝫ purgare cum medicina attractiua: ⁊ mi-
nuere ex sanguine: qñ signa apparuerint: vtriusqꝫ: ꝑ
quo nota: ꝙ euõ cum farmaco non est facienda a pn°
nisi cum mã est furiosa: siue ꝓprie ꝓpter mobilitatẽ:
siue improprie ꝓpter multitudinẽ: vel venenositatẽ:
⁊ hec sunt in iudicio extimatiuo medici. Digestio fit
cum administratione sirupoꝝ ꝯuenientiũ Auic. di-
xit. Et diligiẽ ab eis sirupus acetosus: aut emulsio se-
minũ portulace: aut emulsio sem. endiuie: ⁊ melonis
indi. Nos dicimus: ꝙ cũ hec febris possit fieri a cole-
ra pura: ⁊ a flegᵗᵉ salso: sirupus conueniẽs pro colera
pura est. ℞ sirupi violati vnč. j. oxizaccare simplicis
vnč. s. aque violarũ: ⁊ nenufaris añ. vnč. j. s. ꝑ flegᵗᵉ
salso. ℞ acetosi simplicis vnč. j. mellis rosati colati.
vnč. s. aque endiuie: aq̄ capiloꝝ venˢ: ⁊ aque buglos-
se añ. vnč. j. misce ꝑ vna vice. Eradicatio mãe appa
rente digõne dꝫ fieri diuersimode scḋm ꝙ mã peccãs
põt esse diuersa: qꝛ si coła pura peccat. ℞ pulpe cassie
vnč. j. infusionis dragme vnius reubarbari in aqua
endiuie: ⁊ trebiano quãtũ sufficit: ⁊ adde ʒ. j. electua
rij de succo rosarũ: vel electuari diamãne: ⁊ distempe
retur cũ decoctione recenti: ⁊ cordiali. Si vero flegª
salsum peccat aliud euacuatiuũ cõuenit: vnde ℞ pul
pe cassie vnč. j. diafiniconis: electuarij de succo rosaꝝ
añ. ʒ. j. s. distẽpera cum decoctione recenti: ⁊ cordia
li. Et nota: ꝙ digesta mã. s. in statu natura ſm pluri-
mum moueẽ ad crisim faciendã: ⁊ ꝓpterea opꝫ bene
notare ad quã partẽ natura mouet: ne impedias cã:
quare nõ debes euacuare donec transeat statũ: ⁊ tũc
si non mouerit: moue tu. Inquit Gordonius: ꝙ ali-
quando nã mouet ad superiora: ⁊ tunc iuuamus na-
turã cum setis porcinis infra nares subito intromis-
sis: si vero mouet ad stomacuꝫ: cum vomitu adiuua
ipsam: ⁊ si ad intestina: cũ suppositorio: vel clysteri: ⁊
si ad vias vrinales cũ diureticis: ⁊ fricationibus cir-
ca illas partes: si ad totũ corpus: cũ tempate calidis.
Alteratio: vero ad frigidũ simpłr cuꝫ potu aque fri
gide faciẽda est: cum lingua exsiccaẽ: ⁊ si obliuiscitur
petere aquã: da non petenti: ⁊ tutis est dare aquã or-
dei ad bibendũ: ⁊ melius est (dicit Auer.) dare ad
potandũ aquã angurie: siue ꝑ se solaꝫ: siue cum iuleb
in oĩbus febribus: q̄ sunt in vltima calitate: qꝫ aquã
infrigidatiuã a niue: qꝛ hec aqua infrigidatiua a ni-
ue citius infrigidaẽ: ⁊ nõ dat aliqḋ nutrimentũ cor-
pori: sicut aqua angurie. Alteratio correctiua acci-
dentiũ fit cum ijs: que dicta sunt supra de curatione
accidentiũ: ꝯfert tñ repetere curã quatuor accidẽtiũ
scꝫ doloris capitis: instantie vigiliarũ: frenesis: ⁊ flu-
xus sanguinis nariũ. Pro dolore capitis fricatiões:
⁊ ventose ad spatulas ꝯferre debent. Itẽ ꝯfert facere
inũctiones infrigidatiuas fronti non oppilantes ℞
olei rosati vnč. j. aceti vnč. s. ⁊ inunge fronteꝫ. Item
cõfert fomentũ partim infrigidatiuũ: ⁊ partim reso
lutiuũ. ℞ floꝝ camomille: mellilori: capitum papa-
ueris: ⁊ florum nenufaris añ. m. j. bulliãt in aqua or-
dei cũ quarta parte aceti: ⁊ fiat fomẽtũ cum spongia
suꝑ locũ doloris: ⁊ si non sufficit fac emplłum tyriace
quatuor mensiũ: vel circa. ʒ. vnč. j. ⁊ misce cũ oleo ro
sato ⁊ emplastra cum petia locum dolentẽ. Pro vi-
gilijs supfluis da iuleb de papauere. ʒ. vnc. j. s. cum
modico aque per horam post cenã: vel capias vnc. j.
seminum cõium pone ad bulliendũ in iure pulli: ex
quo debet fieri ferculum: ⁊ si nõ sufficit inũge nares
cum hac vnctione. ℞ croci: castorei: opij añ. ʒ. s. olei
rosati vnc. j. ⁊ si non sufficit intinge palatũ cũ modi
co tyriace quatuor mensium: vel circa. Pro frenesi
fac in principio oxirodinũ ad caput cũ succo lactuce
aqua rosata ⁊ aceto quarta parte: ⁊ fac diuersiones
ad spatulas cum fricationibus: ⁊ ventosis: ⁊ si nõ cõ-
fert embroca caput cum aqua camomille: meliloti:
ordei: ⁊ violarũ. s. qñ non est ꝯfirmata: ⁊ si non cõfert
ponaẽ catulus scissus ꝑ dorsum suꝑ caput eius: vel
pulmo arietis. Pro supfluo fluxu sanguis nariũ: qꝛ
est de illis: in qbꝰ timor magnificaẽ: cõia remedia sũt
applicare fronti emplłuꝫ ex aqua rosata cum quarta
pte aceti: ⁊ duobus albuminibus oui: ⁊ applicare vẽ
tosam super latus epatis: ⁊ intra nares ponere stuel-
lum ex

lum ex pilis leporis ꝯtritis: ⁊ tela aranea: ⁊ albumine oui cōmixtis: vel ꝯficere stuellum ex gipso: ⁊ albumine oui more Auenzoar. Unū secretum Gal. recitat Rabi Moyse 22ª ꝑticula aphorꝭ suorum ℞. coclear vnū pulueris cornu tauri: ⁊ da cuꝫ aqua ad potandū hoc a ꝓprietate restringit sanguinē. Dieta cōueniēs cōsistit in duobus ꝑncipalr̄. s. in infrigidatione: ⁊ in subtiliatione: quare prisana est optimus cibꝰ ꝓ illis: ⁊ potus sit aqua cocta cū zuccaro: postea adde modicū vini granatoꝝ: loco prisane potes dare micam panis prius infusaꝫ in aqua caĺa: postea bullire in brodio pulle pue sine carnibus dandus est cibus: ⁊ in mane da micaꝫ panis alteratā prius in aqua caĺa: ⁊ bullitā in iure pulli: ⁊ in sero da prisanā coctā in lacte seminū cōium: ⁊ cū: vt plurimū terminet̄ in q̄rta die: cū trāsis scd̄am diem nō opꝫ dare prisanā nisi semel ī die: si vero terminet̄ in septima: cū appinquas ad statum fac silr̄: sed ante bis da ad comedendum.

¶ De cura tertiane vere.

Cum de febre colica: que tertiana dicit̄ tractādum sit: hec aūt febris duplr̄ diuidi possit ꝑmo rōne cole putrefacte: qꝛ alia est cola pura: alia nō pura: ex cola pura fit tertiana vera: ⁊ ex cola nō pura fit tertiana nō vera: siue notha 2º diuidit̄ rōne loci putrefactionis: qꝛ alia cola putrefit intra venas: ⁊ alia putrefit extra venas: que putrefit intra venas facit ꝯtinuā: ⁊ que putrefit extra venas facit interpollatā: ⁊ qꝛ maior dr̄ntia in cura est inter tertianā veram ⁊ nō veram: ideo duo capª faciemus: vnuꝫ de tertiana vera: ⁊ aliud de non vera: siue de tertiana notha.

In hoc igit̄ capº intendimus tractare de tertiana vera: siue sit cōtinua: siue sit interpollata: qꝛ inter has nō est dr̄ntia nisi 2ᵐ magis: ⁊ minus: vt infra ostendemus. Tertiana vera interpollata terminat̄ in 14ᵐ diebus. Tertiana vero cōtinua in 7ᵐ diebus. Causon in quatuor diebꝰ terminat̄ 2ᵐ plurimū: ⁊ aliqñ in 7ᵐ diebus ꝑº ergo dicemus de signis: scd̄o de cura: ⁊ qꝛ hec tertiana vera vt ꝑlimum est interpollata: ideo ꝑº ponemus signa eius. Signa huius sumuntur ex tribus. s. ex rebus preter nām: ex rebus nālibus: ⁊ ex rebus nō nālibus: ex rebus preter nām signa sunt calor acutus: ⁊ intensus valde: sed in interpollata rigor ingens a ꝑnº est: ⁊ periodicat de tertio in 3ᵐ seruās candē horā: ⁊ accñtia insequētia magnā intensionē caloris sunt arriditas lingue: sitis intēsa: dolor capitis: instantia vigiliarū: alienatio: frenesis: ⁊ vrina subtilis ignea: ex rebꝰ vero nālibus sunt pulsus magnus: velox: ⁊ frequēs: lꝫ in ꝑnº paroxismi puꝰ sit: accidit in adolescētia: in cōplone colica: tempore estus: ⁊ regione caĺa: ⁊ extenuatis ex rebus nō nālibꝰ significat̄ super eam: accidit hiis: q vtunt̄ multitudine ciboꝝ calidoꝝ ⁊ potu assiduo: ⁊ exercitiis laboriosis: ⁊ in coitu suꝑfluo. Cura huius cum sit morbus ex mala cōplone cum mā perficit̄ duabus intentionibꝰ ꝑncipalibus. s. cū euacuatione mãe: ⁊ alteratione male cōplonis caĺe: euacuatio vero est triplex. s. lenitio vētris: euacuatio minoratiua ꝑ flobothªᵐ vel per farmaciā: ⁊ eradicatio mãe digeste: que processit post digestionē: vel eradicatio mãe furiose a ꝑnº que mobilis est de mēbro ad membrū: alteratio etiā triplex est scꝫ alteratio simplr̄ ad frigidū: alteratio correctiua accñtiū: ⁊ alteratio ꝯseruatiua virtutis. s. ꝑ dietā. Lenitio ventris: lꝫ hec lenitio possit fieri indifferent̄ taꝫ cū lenitiuis sumptis: ꝑ os: vt tamarindis: ⁊ syracost: ⁊ terenia bin que sunt spēs mãne: aut cassia fistula: q̄ꝫ cum clysteribus lenitiuis ex malua: violis: bleta: mercuriali: ⁊ hmōi: tñ Serapiōi magis placet lenitiuū ꝑ os: vt mundet̄ stomacus a multis superfluitatibus: ⁊ Auic. prius tangit lenitiuū ꝑ os: postea clystere: hoc tñ pōt poni ī iudicio extimatiuo medici 2ᵐ ꝙ videat stomacū indigere mūdificatione: aut nō: si stomacus indiget mūdificatione: ꝑ os det̄: alr̄ per clystere. Minoratio mãe pōt esse ꝑ flobothomiā ⁊ ꝑ farmatiā 2ᵐ ꝙ signa demr̄ant: si enim vrina est rubea grossa indicat flobothomiaꝫ debere fieri: de qua dicit Auic. Et qñ possibile est vt flobothomes vsqꝫ ad 3ᵐ periodum fac. s. expectādo 3ᵐ periodū: ⁊ ante 4ᵐ facere: qꝛ hoc magis ꝯfert: qm̄ magis iuxta est cola cū sanguine sic expectādo: si aūt vrina nō est rubea ⁊ grossa: non opꝫ flobothomare. Farmacare vero cōuenit duplr̄. s. aut minorando: aut eradicādo: minorādo duplr̄: aut rōne multitudinis mãe: qꝛ iudicas: ꝙ nā non possit digerere tantaꝫ mãm: aut rōne venenositatis: eradicādo etiaꝫ duplr̄: aut qꝛ furiosa: aut qꝛ cōplere digesta. Pōt ēt fieri minoratio mãe. s. ꝯiuncte ꝑ vomitū: maxime in ꝑnº paroxismi qñ fit dolor stomaci: aut nausea: saltē cum digito: vel pennis intinctis in oleo positis in gutture. Digestio fit ingrossando talem mãꝫ: sed qꝛ ꝯiungit̄ cum aliqua oppilatione: iō sirupus dꝫ esse etiā prim aperitiuus: vt ℞. sirupi violati onc̄. j. acetosi simplicis vel oxizachare onc̄. ς. aque violarū: endiuie: ⁊ nenufaris añ. onc̄. j. misce pro vna dosi: in ꝓcessu vero Auic. magis laudat acetosum simplicē cum emulsione seminū frigidoꝝ: ⁊ det̄ digestiuū vsqꝫ quo videt̄ bona digestio in vrina. Eradicatio vero fieri dꝫ vel a ꝑnº cum farmaco euacuāte colam furiosam: vel cū digestio apparet si nā nō euacuat hora motus eius: hora vero motus eius est hora cōplete digestionis: ⁊ hec ē hora status: in quo si nā nō euacuat scꝫ in die cretica: euacua postea tu. Farmacū ꝯueniēs ē ℞. mãne onc̄. j. ς. vel cassie onc̄. j. reubarbari ʒ. j. ς. scꝫ infusionis eius: ⁊ si vis dare calcar: da diamanne ʒ. j. ς. ⁊ distēperet̄ cuꝫ decoctione recenti: ⁊ cordiali. Aliō ℞. pulpe cassie onc̄. j. diamāne ʒ. iij. distēpera cum decoctione superiori. Aliud in pillulis ℞. pillularū aggregatiuarū ʒ. j. ⁊ reformet̄ quinqꝫ pillule: ⁊ dent̄ in aurora. Nota hic: ꝙ Serapio hic Cū declarat̄ digestio in mã opꝫ: vt euacuet̄ mã ꝑ partē: ad quā declinat: si ergo decliuis est ad partē oris stomaci: opꝫ: vt euacues eam ꝑ vomitū cū aqua caĺa: ⁊ oximelle simplici: ⁊ si est in intestinis: tunc ꝑ clystere lene: ⁊ si est decliuis versus illud: qō apparet de corpe: opꝫ: vt euacues eam ꝑ sudorē: ⁊ si est decliuis ad venas: ⁊ epar: tunc ꝑ res: que ꝓuocant vrinā: sicut ē decoctio facta cū apio: ⁊ nitro: ⁊ absynthio: in qua sunt due virtutes. s. ꝯstrictiua: ⁊ solutiua: ⁊ ꝓpter illō opꝫ: vt det̄ post digestionē. Alteratio ad frigidū simplr̄ fit tam cum balneo aque dulcis. s. in declinatione febris ponēdo in balneo: ⁊ nō ante digestionē: q̄ꝫ cum aqua frigida potata: vtrūqꝫ laudat Gal. Et Auic. laudat sirupū acetosum oī mane: ⁊ post duas horas aquam ordei: in die: in qua nō est paroxismus ꝙ si cibus acetat in stomaco: nō det̄ aqua ordei. Et aqua melonis indi. i. angurie maxime laudat̄ ab Auic. ⁊ Auer. ⁊ magis q̄ꝫ aqua frigida: ⁊ q̄ꝫ aqua ordei: qñcūqꝫ ergo sitit potes dare de illa cum iuleb: ⁊ sine iuleb. Altera-

ratio correctiua accñtium dicta est sufficienter supra: qñ de correctione accñtium locuti sumus. Altera/
tio ꝯseruatiua virtutis ē dieta cõueniens: q: ⁊ alterat febrē ad frigidū: ⁊ humidū: qm̄ humide diete ⁊ frigi
de oībus febricitātibus ꝯferunt: ⁊ ꝯseruat ēt virtutē nō impediēdo digestionē mãe: qm̄ tunc tenuis dieta:
que comēdatur in hac febre fit: vt nō impediatur virtus a digestione mãe: ⁊ ꝯseruet virtutem ptisana ergo est
dieta ꝯueniens bullita in iure pulle: vel cū lacte ami/
gdalarū ⁊ seminū cõiuni: ⁊ aqua zucarata .i. cocta cū zuccaro data cum modico vini granatoꝝ: ⁊ silr̄ p cu/
ra: ⁊ prandio detur: ⁊ si virtus nō tolerat da vinū albū: vel rubeū pauciferū: ⁊ bñ lymphatū: ⁊ si nō vult pti/
sanā da micā panis lotam in aqua calida: ⁊ postea bul
litā in iure pulli: ⁊ si nō sufficit da extremitates pulli de mane: vel ꝯtusum falsum .s. cū modica carne ⁊ mo
dico pane: ⁊ seminib⁹ cõibus: ⁊ manusxp̄o plato. Cir
ca dicta cadit difficultas quō tertiana vera cõtinua dr̄at a tertiana interpollata: p° in signis: 2° in cura.
Rñdeo in signis: q: interpollata in pn° est cum rigo/
re: ⁊ finit cū sudore: ⁊ nō transit duodeciȝ horas: ⁊ fit sepe vomitus a pn°. Cõtinua vero est sine his: q: inci
pit sine rigore: nō terminat cū sudore: nec finitur in 12.
horis: sed est ꝯtinua: ⁊ nec fit vomitus in ea: sed calor est magis acutus: ⁊ intensus valde: ⁊ accñtia intēsio/
ra sunt de siccitate lingue: de siti: ⁊ de dolore capitis: ⁊ de instantia vigiliarū: ⁊ hmōi. Sed nota: ꝙ tertiana
vera ꝯtinua dr̄t a causonide duplr̄: p° q: in causonide colera putrefit in locis ꝓpinquis cordi .s. in venis oris
stomaci: vel in venis epatis: vel supra epar: vel in ve/
nis pulmonis: in tertiana vero ꝯtinua colera putrefit in venis remotis a corde .s. in venis infra epar: 2° q:
in causonide mã: que putrefit pōt esse colera pura: vel flegma salsum: vt inqt Hipp. in epidimijs: sed in ter
tiana ꝯtinua vera solum colera pura putrefit in venis: sed remotis a corde. In cura vero ꝯtinua dr̄t ab in/
terpollata solum 2m magis: q: eedē intentiones sunt in ꝯtinua: sicut in interpollata: sed 2m magis sunt in
ꝯtinua: declaro: q: lenitio vētris dȝ esse maior in cõti
nua: ⁊ iō si fiat clystere: fiat magis lenitiuū: ⁊ infrigi/
datiuū .s. ponendo aliqd de cassia: vel tamarindis .s. onc. j. cum decoctione lenitiua: ⁊ infrigidatiua: ⁊ si
detur lenitiuū p os cū cassia: vel mãna dentur etiā tama/
rindi simul .s. onc. j. Minoratio cū flobotha fiat in cõ/
tinua: sicut in interpollata si signa sanguinis appa/
ruerint .s. vrina rubea: ⁊ grossa: sed aliqd plus de san
guine extrahere ꝯuenit in ꝯtinua: q̃ȝ in interpollata ꝯstante virtute .s. donec appareat maior mutatio san
guinis in exitu sanguinis: ⁊ si detur minoratiuum mã exñte furiosa etiā aliqualr̄ magis ꝯuenit euacuare q:
mã intra venas magis est apta nocere: q̃ȝ extra. Di/
gestiuū dȝ esse idē: sed magis infrigidatiuū: ⁊ cum si/
rupus violatus: ⁊ oxizaccara: vel acetosus simplex ꝯueniant: in aquis opȝ plus de aqua nenufaris pone
re q̃ȝ de aqua violarū. Eradicatio fieri dȝ eodē modo vbi mã nō moueat: ⁊ cū farmaco aliqualr̄ magis acu/
to. Alteratio ad frigidū simplr̄ dȝ esse cum eisdē: vel cū aqua frigida simplr̄: vel cū aqua ordei: vl' cū aqua
angurie: sed sepius de his exhibere: vel plus pro vice cū magis sitiat. Alteratio correctiua accñtium ꝯue/
nit magis in ꝯtinua: q̃ȝ in interpollata: cum accñtia sint intēsiora. Dieta dȝ esse subtilior in ꝯtinua: q̃ȝ in
interpollata: q: in interpollata ī die quietis tu potes ꝯcedere aliqd de carnibus .s. vel extremitates pulli: vel ꝯtusum falsum: nō sic in ꝯtinua cõstante virtute: dȝ etiā esse dieta frigidior: q: febris intēsior est. Nota: ꝙ cum rigimine ꝯuenienti diete intelligitur ēt regimē ꝯueniens in administratione sex rerū non nãlium .s.
aeris: cibi ⁊ potus: mot⁹ ⁊ quietis: somni ⁊ vigilie: innationis ⁊ retentionis: ⁊ accñtium al. Nota etiā:
ꝙ si due tertiane vere ꝯiūgantur siue interpollate sint: siue ꝯtinue: singulo die veniūt: ⁊ eadē cura erit: sȝ dif
ficilior: ⁊ si vna erit tertiana vera: alia tertiana no/
tha administrentur adiutoria propria vnicuiqȝ in die sua: dicit Gal. Ex hoc pȝ error quorūdā modernoꝝ:
q dñt: ꝙ in hoc dr̄t duplex tertiana a duab⁹ tertianis q: in duplici tertiana affligitur quotidie in duab⁹ vero
tertianis est vna dies interpollationis: sicut ī simpli/
ci: ⁊ due accessiones ī tertia die. Circa dicta dubitat Serapio duplr̄: p° quō colera possit putrefieri: cū putre
factio fiat tm̄ in re humida. Scdo quō ex colera mota extra venas possit fieri tremor: cum tremor videatur
requirere duos motus .s. vnū mãe gñantis: ⁊ alteruȝ virtutis debilis tentantis subleuare mēbrum debile:
sicut in paralysi: sed hic nō est hoc: quare ⁊c. Rñden/
do ad pm dicitur: ꝙ aliqua sunt corpora sicca: ⁊ complo/
nis sicce: vt lapis: ferrū: ⁊ ista nō pñt putrefieri: ⁊ ali/
qua sunt corpora humida: sed cõplonis sicce: vt colera: ⁊ melia: ⁊ ista pñt putrefieri. Ad 2m dr̄: ꝙ tremor du
plr̄ pōt fieri: vno mō: vt in paralysi: alio mō ex colera subtili pungēte mēbra pp̄ qđ retrahitur calor nãlis ad
interiora: ⁊ fit tremor pp̄ frigiditatē mēbroꝝ extrin/
secoꝝ: fit etiā tremor pp̄ humorē frigidū: q ꝯstringit mēbra sensibilia: ⁊ ꝓhibet expansionȝ caloris nãlis:
vt in febre flegmatica ⁊ melica: ⁊ in illis a pn° nō fit tremor ꝓpter grossitiem humoris: sed cū subtiliatur: q:
fit magis penetratio: ⁊ ꝓhibitio caloris: h' Serapio.

De cura tertiane non vere: siue nothe.

DE cura tertiane nō vere: siue nothe tractando opȝ intelligere: ꝙ tertiana nō vera: siue notha
est: que fit ex colera nō pura. Colera aūt non pura est que fit p admixtionē flegmatis vel melie: ⁊ iō dicitur colera
notha .i. bastarda: hec aūt colera notha diuiditur: q: alia dr̄ maioris fame: q: vt plimum ꝯtingit .s. que est per
admixtionē flegtis ⁊ alia dicitur minoris fame .s. que est p admixtionē melie: ⁊ colera maioris fame diuiditur: q:
alia dicitur vitellina .s. que est p admixtionē flegmatis grossi: ⁊ alia dicitur citrina: q: est p admixtionȝ flegtis
subtilis: colera aūt minoris fame est duplr̄: q: aut est p admixtionē melie ab extra venientis: aut p meliam
ad intra se genite p viā adustionis. h' Auic. ⁊ cõiter p coleram notham intelligimus coleram factā p admixtio
nem flegmatis: q: illa vt plimum accidit: ⁊ de illa ponitur cura ab auctoribus: quāuis possit esse illa: que est
minoris fame: de qua ēt aliqd dicemus infra. De cau
sis igitur tertiane nothe tractādo: cause intrinsece iam tacte sunt: q: sunt colera pura: ⁊ flegma vel subtile: vel
grossum cõmixta adinuicē: extrinsece vero cãe sunt: que multiplicant coleram: ⁊ flegma. Signa vero ter/
tiane nothe sunt calor acutus: sȝ non tm̄: sicut tertia/
ne vere: pulsus velox: ⁊ frequēs: vrina plusquā russa: q: tincta magis: accñtia colere: sed remissa .s. sitis: sicci/
tas oris: dolor capitis: instãtia vigiliarū: ⁊ hmōi. Sȝ interpollate signa vltra hec sunt: q: incipit cū typo .s.
frigore: vel rigore aliquo: sed minore: q̃ȝ in tertiana vera: ⁊ variat horā inuasionis de tertio in 3m q: ascen

dit.i.

dit.i.tardius venit:nec terminat in 14º sed supra sed
nõ transit quadragesimũ:est eniꝫ hec tertiana notha
febris acuta tropica.i.ꝯuersiua. Nota:ꝙ aliqñ descẽ
dit:qꝛ citiꝰ venit merito fortitudinis caloris. De cu
ra igit tertiane nothe tractãdo opꝫ pº itelligere:ꝙ ter
tiana notha alia fit ex cola citrina ⁊ alia ex cola vitel
lina:que fit ex cola citrina hꝫ oĩa accñtia intensiora:
qꝫ illa: que fit ex cola vitellina: lꝫ vtraqꝫ indigeat
subtiliatione mãe: sed maiori subtiliatione indiget
cola vitellina. Cura vtriusqꝫ duabus intentionibꝰ
principalibus ꝑficit.s.euacuatione:⁊ alteratione:cũ
fit morbus ex mala cõplone cum mã: qꝛ mã indiget
euõne: ⁊ mala cõplo alteratione: sed euacuatio cõpre
hẽdit sub se tres intẽtiones spãles: sicut diximus in
cura tertiane vere.s.lenitionẽ: minoronẽ: ⁊ digõnẽ: ⁊
eradicationẽ: ⁊ alterõ cõtinet tres spãles intẽtiones
scꝫ alterõnẽ simplr ad frigidũ: alterõnẽ correctiuã ac
cñtiuꝫ: ⁊ alterõnẽ ꝯseruatiuã virtutis.s.dietã. Pro
lenitione vẽtris intelligere opꝫ: ꝙ siue fiat cũ clyste
ri: siue cũ lenitiuo ꝑ os: ꝙ opꝫ vti partim calis: ⁊ par
tim frigidis ⁊ in cola vitellina magis calis: qꝫ in ci
trina: verbigrã clystere fiat ex decoctione maluetble
te: matris violarũ mercorialis: adde anisoꝝ: fenicu
loꝝ: floꝝ camomille: ⁊ plus in vitellina cola: qꝫ in ci
trina: ⁊ cũ melle rosato vl violato: ⁊ adde aliquid de
oleo camomillino: si vero lenitiuũ det ꝑ os siue cassiã
exhibeas: siue mãnam: siue aliud lenitiuũ in decoctio
ne recenti: ⁊ cordiali: adde aliquid calidum: vt de capil
lo veneris vel hmõi. Pro minoratione facienda in
telligere opꝫ: ꝙ duplex minoratio fieri põt in tertia
na notha: quia aut minoratio sanguinis ꝑ flobotho
miã aut minoratio humoris ꝑ farmaciã: flobothª fa
cienda est si humor faciens febrem sit mixtus sangui
ni: qd cognoscit: qꝛ vrina erit rubea grossa: aliter nõ
fiat: ⁊ nota: ꝙ si potes expectare 3^{m} paroxismum erit
melius: vt dic[illegible] Auic. qꝛ humor erit melius mixtus
sanguini: ⁊ si nõ vis expectare 3^{m} paroxismũ ad minꝰ
expecta 2^{m} qꝛ in febre colica nõ statim dꝫ fieri flobo
thomia sicut in sanguinea: ⁊ de extractione sangui
nis ad minus expecta: ꝙ sanguis exiẽs faciat aliquã
mutationem.s. vt non sit ita grossus: neqꝫ ita niger.
Pro minoratione vero facienda cũ farmaco: siue flo
bothª fiat: siue nõ: scias: ꝙ nõ dꝫ fieri: nisi mã fuerit fu
riosa: vt sepe dictũ est: ⁊ si fiat farmacũ dꝫ euacuare tã
de flegte qꝫ de cola: quare capiat farmacũ: qd vtrãqꝫ
mãm euacuet. Pro digestione mãe opꝫ intelligere: ꝙ
digestiuũ dꝫ esse appropriatũ cole: ⁊ flegmati ⁊ dꝫ eẽ
incisiuũ: ⁊ subtiliatiuũ. Auic. dat hunc sirupũ ℞. ace
tosi simplicis ⁊ mellis rosati colati cũ aqua fenniculi:
⁊ endiuie. Moderni vero in cola citrina addunt siru
pum de endiuia: quare da vnc.ß. de quolibet illorum
triũ: ⁊ adde aque endiuie: aque lupuloꝝ: ⁊ aque fen
niculi añ. vnc.j. sed in cola vitellina sis ꝯtentus siru
po solo Auic. ⁊ cũ febris trãsit 7^{m}.i. ꝙ appareat dige
stio aliqua: decoctio absynthij est melior ꝫ Gal. ⁊ oẽs
alios ℞. decoctionis absynthij ⁊ passularũ: ⁊ in citri
na adde: ⁊ endiuie añ. m.j. bulliant ꝑ horã: ⁊ deinde
coletur: ⁊ de colatura da vnc.iij. ⁊ acetosi simplicis ⁊
mellis rosati colati añ. ʒ.vj. ⁊ fiat sirupus ꝑ vna vi
ce: potes etiã loco acetosi simplicis ponere acetosi de
duabus radicibus: ⁊ si egritudo ꝓlungaret supra 14^{m}
tunc potes loco acetosi ponere sirupũ de besantijs: vl
sirupũ diarodon acetosuꝫ cũ aquis magis aperitiuis:

vt apio: aneto: ⁊ hmõi. Et aliqui ex antiquis: cum fe
bres ꝓlungant vtunt trociscis: vt de rosis minoribꝰ:
de spodio: de eupatorio: ⁊ de reubarbaro: post 14^{m} in
cipiunt dare de trociscis: ⁊ dant magis in forma pil
lulari cum sirupo.s.ʒ.ß. ⁊ illi de spodio dant magis
in febribus inflãmatiuis: ⁊ de rosis in minus inflam
matiuis: ⁊ in processu valde post 14 dies: ⁊ plus dan
tur illi de reubarbaro: vel de eupatorio: mõ aũt nõ
sunt in vsu: aut qꝛ de his Gal. nihil dicit: aut qꝛ sunt
multũ displicibiles: mihi aũt satis placẽt. Pro eradi
catiuo da qd euacuat colam: ⁊ flegª potes hoc facere
cum farmatis simplicibus.s.reubarbaro: ⁊ agarico:
qꝛ reubarbarũ euacuat colam: ⁊ agaricus flegª ⁊ me
lius est dare vtrũqꝫ in infusione: ⁊ reubarbarũ cõue
nit dare in infusione simplici.s.in aqua endiuie: ⁊ tre
biano: ⁊ agaricũ in decoctione facta cum rebus leni
tiuis: ⁊ cordialibus.s.in vnc.iij. illius decoctionis: ꝑ
spatiuꝫ duoꝝ miserere dꝫ bullire: ⁊ de vtroqꝫ capia
tur ad minus ʒ.j. addita vnc.j. cassie: vel duabꝰ vnc
mãne: ⁊ si vis dare farmacũ ex farmacis cõpositis po
tes ℞. pulpe cassie vnc.j. diafiniconis ellectuarij de
psilio añ. ʒ.j.ß. distẽpera cũ decoctione recenti: ⁊ cor
diali additis anisis: fenniculis: ⁊ passulis añ. m.j. liq
ritia ʒ.ij. Pro alteratione simplr ad frigiduꝫ nota:
ꝙ nõ est alteratio faciẽda simplr ad frigidũ: sꝫ ꝑtim
ad frigidũ: ⁊ ꝑtim ad calidum: ⁊ iõ non dꝫ fieri cũ potu
aque frigide: vel aque ordei simplr: sed bulliendo ali
quid calidum in ea.s. semen apij: ⁊ aneti: vel aliquid
hmõi: neqꝫ ꝯuenit balneũ aque dulcis ĩ ista: nisi post
statũ vlem morbi.s.post digestionẽ mãe: quãuis mõ
nõ sit in vsu. Pro alteratione correctiua accñtiũ rec
curre ad ea: que dicta sunt supra de accñtibus corri
gendis: ⁊ si timet de virtute vitali fac epithima ad
cor tale. ℞ specierũ cordialiũ vnc.j.ß. aque buglosse:
aque rose: aque violarũ: aque melisse añ. vnc.iiij. mal
uatici: ⁊ aceti añ. vnc.ij. ⁊ fiat epithima: ⁊ si timet de
virtute nãli stomaci ꝯforta stomacũ: vel cum inũctio
ne ex oleo de absynthio: ⁊ oleo de spica: vl mastice añ.
vnc.ß. garioffiloꝝ: ⁊ coralloꝝ añ. ʒ.j. cere quãtũ suffi
cit: ⁊ si fortius ꝯfortare volueris fac epithima prius
ad stomacũ: ꝑ q ℞. absincthij: mẽte: rosarũ añ. m.j.
bulliant in vino.s.in pentula triũ quaternoꝝ cũ me
dio ciato aceti: ⁊ fac bullire ꝑ horã: ⁊ cola: ⁊ cũ spon
gia fac fomentationẽ ad stomacũ ter: aut quater: po
stea inunge stomacũ cum vnctione predicta. Pro al
teratione ꝯseruatiua virtutis.s.ꝑ dieta: hec dꝫ esse mi
xta ex calis: ⁊ frigidis: ⁊ ideo in iure pulli ꝯuenit bul
lire tria: aut quatuor grana piperis: ⁊ cũ illo iure fa
cere ferculũ: ⁊ cũ hec tertiana notha sit acuta cõuersi
ua terminabilis supra 14^{m} ⁊ .ĩ. 40^{m} ideo ꝯuenit dare
modicũ de carnibus pulli: siue facere ꝯtusum falsum
semel in die.s.in mane si nõ impedit aduẽtus febris:
⁊ in sero dare solum ferculuꝫ bullitũ in brodio pulli:
⁊ duos bolos marciapani: ⁊ ꝯuenit bibere vinũ albũ:
vel rubeũ pauciferũ: ⁊ bñ lymphatũ. Circa dicta ca
dunt alique diffites. Prima diffitas est de tertiana no
tha ꝯtinua quõ curari debeat? qꝛ cum sit intensior fe
bris: qꝫ tertiana interpollata notha: ⁊ magis pericu
losa: nõ videt: ꝙ eadẽ cura sit ꝯueniens. Rñdẽdo dr:
ꝙ eadẽ fere cura est: qꝛ non dñt in cura: nisi ꝫm ma
gis: ⁊ minus: qm̃ cum eisdem intẽtionibus sunt: sed
scdõ magis: declaro: qꝛ si ꝑcedimꝰ cũ lenitiõe: maior
lenitio dꝫ esse in ꝯtinua: qꝫ in interpollata: ⁊ si ꝑcedi

De tertiana notha continua.

mus cũ eradicatiuo: maius eradicatiuũ oꝫ esse in ꝯti
nua: ꝗ͡ꝫ in interpollata: ⁊ sic etiam maior alteratio oꝫ
esse tam simplr: ꝗ͡ꝫ correctiua accñtiuꝫ: ⁊ ꝗ͡ꝫ in dieta:
qm̃ dieta debet esse subtilior: ⁊ frigidior. Scõa diffi-
cultas de tertiana minoris fame: que fit ex coľa mino
ris fame: que est coľa mixta cũ meľia: quibus signis
cognosci possit: ⁊ quõ curari debeat: Rñdendo dr̃: ꝙ
quantũ ad signa: cum hec febris tertiana minoris fa-
me dependeat a coľa: ⁊ meľia simul mixtis signa eius
sunt mixta ex signis coľe: ⁊ meľie: ⁊ cum pulsus rõne
coľe sit velox: ⁊ frequens: ⁊ rõne meľie sit puus: ⁊ tar-
dus: ideo pulsus huius febris nõ est multũ velox: nec
multũ frequens: ⁊ videť pulsus esse aliqualr tensus: ⁊
color corporis inter citrinũ: ⁊ nigrũ. i. declinat ad fu-
scum: vrina subtilis: ⁊ nõ multũ tincta: ⁊ sudor mino
rať in hac febre: ⁊ prolixior est: ⁊ accidit magis in cõ-
plexionibus meľicis: ⁊ in quibus multiplicať coľa: ⁊
meľia: siue sit meľia nãlis: siue sit per viã adustionis.
Quantũ ad curã diciť 2° ꝙ curať hec febris cũ simili
bus intẽtionibus curatiuis: cũ quibus alie febres co-
lerice: sed in hac opꝫ habere intentionem ad coľam: ⁊
meľiam. Primo ergo cum lenitiuis ꝓcedať: ⁊ fortio-
ribus: qr in hac febre fit exsiccatio ṽtris: ⁊ rõne coľe:
⁊ rõne meľie: ꝓcedať ergo cũ frigidis multũ tẽpera-
tis: sed cũ humidis excessiuis addendo semper vltra
decoctionẽ lenitiuã mellis violati vnc̃. ij. olei cõis: vľ
camomille vnc̃. iij. cũ vitello oui: ⁊ vno coclearí salis.
Pro minoratiõe vero: si expedit facere flobothomiã
fac vt supra. s. qñ vrina est rubea: ⁊ grossa: ⁊ nõ alr: ⁊
nõ euacues multũ: ꝓ farmacia vero si ꝯueniens sit: qr
mã furiosa sit da farmacũ: qd̃ partim coľam: ⁊ partiꝫ
meľiam euacuet. Pro digestiuo vero da sirupũ qui
respiciat coľam: ⁊ meľiam ⁊ nota hic: ꝙ alius sirupꝰ
ꝯuenit ꝓ meľia si sit nãlis: ⁊ alius pro meľia genita ꝑ
viã adustionis: ꝓ nãli meľia mixta coľe. ℞ sirupi ace
tosi simplicis sirupi de pomis: Sabor regis añ. ℥. vj.
aque lupulorũ: aque buglosse. añ. vnc̃. j. s. misce ꝓ vna
vice: pro meľia ꝑ adustionẽ genita mixta coľe da hũc
sirupũ. ℞ sirupi de fumoterr̃: sirupi acetosi simplicis
añ. ℥. vj. aque fumiterre: aque lupulorum: ⁊ buglosse
añ. vnc̃. j. misce ꝓ vna vice. Pro eradicatiuo farma-
co da farmacũ qd̃ respiciat coľam: ⁊ meľiam: vt gr̃a
exẽpli. ℞ pulpe cassie vnc̃. j. ellectuarij de psilio: cõfe-
ctionis hamech añ. ℥. j. s. distẽpera cum decoctione
recenti: ⁊ cordiali: ⁊ adde melisse: ⁊ fumiterre: passu-
larũ añ. m. j. liquiritie ℥. ij. ⁊ si vis dare medicinã cõ-
positaꝫ ex simplicibus. ℞ manne vnc̃. j. s. infusionis
reubarbari. s. ℥. j. sene ℥. j. spice ℈. j. distẽpera cũ de-
coctione dicta supra. Pro alteratione simplr quan-
tum ad frigidũ: vtaris tẽperatis: qr si coľa est calida:
meľia est frigida: sed quantũ ad humidũ: vtaris alte-
rantibus fortibus: qr vtraqꝫ pars est sicca. Pro alte-
ratione correctiua accñtiuꝫ reccurre ad ea: que dicta
sunt sup͞ius in correctione accñtiuꝫ. Pro alteratione
ꝯseruatiua virtutis. i. ꝓ dieta procede cũ minus frigi
dis: ⁊ cum magis humidis ⁊ cum nutrientibus boni
nutrimẽti: ⁊ facilis digestionis: vt cũ ferculis ex me-
dulla panis bullita in iure pulli: vľ hedi: vel castrati:
⁊ cum modica carne de mane: ⁊ nõ de sero: ⁊ cuꝫ potu
vini albi: vel rubei pauciferi. Tertia difficultas ẽ an

An possit fieri febris ex colera prassina: vľ eruginosa.

possit fieri febris ex coľa prassina: vel eruginosa: Rñ-
deo de hoc sunt opiniones. Auenzoar vult ꝙ sic:
⁊ dicit: ꝙ sunt febres fraudulente: ⁊ deceptibiles plu-
rimum: que hñt accñtia perniciosa insequẽtia calidi-
tatem validã. s. ex siti valida: instantia vigiliarum: ⁊
alienatione: ⁊ vrine sunt virides: vel nigre: ⁊ addit:
ꝙ si hypostasis est nigra siue in fundo: siue in medio
moriunť ⁊ citius qñ in fundo est nigra: ⁊ si in die cre-
tica aliqñ apparet vrina nigra sine hypostasi ẽ signũ
salutis: qr melius est: vt vrina sit sine hypostasi: ꝗ͡ꝫ ꝙ
faciat nigrã. Auer. ꝯfirmat idẽ: dicens ꝙ nõ euadit
a periculo maximo maxime que fiunt ex prassina: ⁊
eruginosa: ⁊ videť impossibile ꝙ ab eruginosa aliqs
possit euadere: ⁊ hec febris longos hꝫ paroxismos ⁊
accñtia pessima: ⁊ ꝓpter hoc indigent purgatione cũ
medicina purgante coľam adustã. i. coľam: ⁊ meľiaꝫ:
vero nõ est verũ. Circa cãz efficiẽtẽ mouẽtẽ variolas est duplex difficultas prima difficultas est: quare in matrice nõ fiunt variole: nec in feru dum est in matrice: sed extra sic: ⁊ in alijs membris a matrice fiunt. Rñdẽdo. Gordonius dixit: ꝙ due cãe necessario cõcurrunt ad gñandũ variolas. s. ebullitio sanguinis: ⁊ fortitudo caloris impellentis: ꝓpter primã cãm non fiunt variole in matrice: qꝛ membrũ frigidũ: nisi esset peraccñs: qꝺ ꝯsequeref morbos sanguineos: pp scðaz cãm non fiunt in feru exñte in vtero: nec statim post vterũ qꝛ nondũ calor vigoratus est. 2ª difficultas est: vñ ꝓuenit tanta diuersitas apparitionis variolarũ: qꝛ quibusdã in pueritia: ⁊ quibusdaz in iuuẽtute superueniũt: ⁊ quibusdã in senectute: immo in decrepitis qñqꝫ: qm̃ vidi hoĩem octogenariũ: cui superuenerunt variole: ⁊ sanatus est. Rñdendo dicif cõiter: ꝙ causa faciẽs apparef variolas est multiplex: qꝛ aliqñ rõne diuersitatis cõplexionis fit variatio: qm̃ in sanguineis prius fit apparitio: qꝫ in alijs cõplexionibus: aliqñ rõne diuersitatis etatis: qꝛ in pueritia citius: deinde iuuenibꝰ: dehinc senibus: rõne etiã diuersitatis tẽporis anni: qꝛ in vere magis apparent ꝓpter ebullitionẽ sanguinis: que incipit in vere: deinde in autũno ꝓpter corruptionẽ sanguinis: ⁊ rõne diuersitatis regionis: qꝛ in calida regione citius apparent: ⁊ rõne diuersitatis regiminis: qꝛ ĩ regimine multiplicatiuo sanguinis citius apparẽt: ⁊ rõne ꝯtagionis: qꝛ morbꝰ ꝯtagiosus est. Posset forte dici: ꝙ est ꝓpter aliquam ꝓprietatẽ occultã. Circa signa cadit difficultas. pͥmo quare dictũ est: ꝙ fluxus ventris in apparitione variolarũ est signũ malum: cũ per viã illam possit fieri fluxus creticus: igif nõ semper est signũ malum. Rñdendo, dicif: ꝙ fluxus ventris post apparitionẽ variolarum est malum signũ: tum ꝓpterea: qꝛ timor est: ne mãe expulse ad exteriora trahanf ad intra ꝓpter aliquã mãm venenosam: que remanserit ad intra: ⁊ posset reccurrere ad membrũ nobile: tũ qꝛ posset mã faciens fluxũ esse acuta: ⁊ facere excoriationẽ intestinorum: ⁊ tunc valde timendũ esset. Scðo cadit difficultas quare vrina viridis: ⁊ nigra sunt malum signũ: ⁊ rubea: ⁊ alba sunt bonũ signũ: Cõtra: qꝛ vrina alba significat mixtionẽ cum flegᵗᵉ ⁊ viridis significat mixtionẽ cum coła: sicut est in morbillis: ⁊ pꝫ: ꝙ melius est: ꝙ sanguis sit mixtus cum coła: qꝫ cum flegᵗᵉ. Rñdendo dicif: ꝙ vrina viridis ſm Auic. significat frigiditatẽ: ⁊ nigra sequẽs illam signãt frigiditatẽ mortificantẽ: quare vtraqꝫ malum signũ: sꝫ color viridis ſm. Theophilum signãt caliditatẽ adustiuã: ⁊ nigra sequẽs illam maiorẽ adustionẽ signãt: quare vtraqꝫ maluz signũ: est alba vero vrina si ꝓprie capiaf alba: vt significat colorẽ lacteũ pessima est: qꝛ signãt sumã cruditatẽ: improprie vero alba significat colorem remisse rubeũ: que signãt remissam frigiditatẽ: ⁊ sic nõ ẽ mala. Circa curã cadit difficultas p^{o} circa potionẽ factã ex caricis: ⁊ lentibus: ⁊ hmõi: qꝛ ficus nõ videnf ꝯuenientes: vt ponanf in decoctione: qm̃ inflammãt epar: ⁊ qꝛ oẽ dulce est oppilatiuũ: ⁊ lentes etiã nõ videnf ꝯuenientes: qꝛ cum sint frigide: ⁊ sicce sunt oppilatiue. Rñdendo df: ꝙ potio dꝫ fieri ex illis rebus: que diffendunt mẽbra a nocumentis ꝯfortando illa: ficus aũt gutturi: ⁊ pulmoni ꝯferunt: ideo ponunf: ⁊ ad corrigendũ defectũ illoꝝ ponunf draganti: qui sunt frigidi: ⁊ etiã ꝯferunt pulmoni: ⁊ gutturi: lentes vero ponunf: qꝛ deffendũt intestina a fluxu: ⁊ ad corrigendũ deffentũ illoꝝ ponif lacca: que est deoppilatiua: ⁊ vltra hec ponunf apiũ: ⁊ fenniculum ad aperiendũ: ⁊ ad ꝓuocandũ materias ad extra. Scðo cadit difficultas qꝛ cũ variole varienf quatuor modis: qꝛ alique sanguinee: alique flegmatice alique cołice: ⁊ alique mełice: videf: ꝙ potio danda sit variãda 2^{m} varietatẽ illarũ: quare nõ vna potio est ꝯueniẽs illis. Rñdendo dicif: ꝙ habẽdo respectũ solum ad mẽbra ꝯfortanda: ne recipiant nocumentũ vna sola potio: ⁊ eadẽ ꝯuenit illis: qꝛ ꝑ illam ꝯfortanf oĩa mẽbra ꝯfortanda: habẽdo vero respectũ ad mãm facientẽ variolas: sicut mã diuersificaf: ita digestiuuz dꝫ diuersificari. hec Gordonius. Quare si mã fuerit colerica: adde cum potione sirupi violati in plus: oxizachare in minus: ⁊ silr sirupi de fumoterre: ⁊ si mã fuerit flegmatica adde oxizachare cõposite: ⁊ sirupi de fumoterre: ⁊ si mã fuerit mełica adde oximellis diuretici: ⁊ sirupi de fumoterre: ⁊ si fuerit sanguinea adde oxizachare in plus: ⁊ sirupi vioᵗⁱ ĩ minus: ⁊ silr sirˡ de fumoterre.

Tractatus sextus de diebus creticis.

Consequẽter post determinationẽ febriũ: de diebus creticis determinandũ est: cũ febres ꝑ dies creticos 2^{m} plurimũ terminenf. Circa dies creticos quatuor maxime vidẽda sunt p^{o} qd nominis dieruꝫ creticoꝝ. s. vnde dies cretici dicanf: 2° qd rei. s. a qua causa dies cretici sumanf 3° cũ dies cretici dicanf a crisi 2^{m} ꝙ in eis crisis bona fit: vel mala: dicendũ est etiã de crisi: ⁊ de signis bone crisis: ⁊ male: ⁊ que ꝑfecta crisis est. 4° mouẽde sunt alique difficultates circa dies creticos: ⁊ soluende.

Quantũ ad p^{m}. s. quid nominis dierũ creticoꝝ dicimus: ꝙ dies cretici dicunf a crisi: que fit in tali die: est aũt crisis: vt dixit Auic. alteratio: que fit subito ad latus sanitatis: aut egritudinis: hec aũt alteratio fit inter nãm: ⁊ egritudinẽ tanquã inter duos inimicos pugnãtes adinuicẽ: qꝛ egritudo intẽdit expugnare vitã: ⁊ nã intẽdit ꝯseruare illam: ⁊ aliqñ victoria est ex parte nãe: ⁊ tunc remouef egritudo: aliqñ vero victoria est ex ꝑte egritudinis: ⁊ tunc perimif vita: egritudo aũt põt duplr remoueri: aut 2^{m} semitã crisis: ⁊ fit subito: aut in acutis egritudinibus: aut scðm semitã paulatine resołonis: ⁊ sic fit in cronicis: silr si egritudo vincit aut fit ꝑ viã crisis. i. subito: aut scðm viã arefactionis. i. paulatine resołonis: ⁊ cum aliqua crisis fit bona: ⁊ laudabilis: ⁊ aliqua mala: ꝯñter aliq dies cretici boni sunt: ⁊ aliqui mali: ⁊ in cretica bona semper fit crisis bona: nisi aliunde veniat impedimentũ: vt infra declarabif: ⁊ in cretica mala semper fiet crisis mala similiter.

Quantũ ad 2^{m}. s. qd rei dierũ criticoꝝ. s. a qua cã dies cretici sumanf: astronomi: ⁊ medici partim ꝯueniunt: ⁊ prim dfnt. Cõueniunt quidẽ in hoc: ꝙ dies cretici sumpti sunt 2^{m} aspectus quadratos: ⁊ oppositos lune: nã Ptholumeus in centiloquio verbo. 60. inquit: ꝙ dies cretici sumẽdi sunt 2^{m} loca lune in angulis quadrati ꝯclusi a circulo directo: ⁊ hoc est dicef scðm aspectus quadratos: vel oppositos lune: qꝛ isti aspectus incitant nãm ad pugnaz: ⁊ eam adiuuant. Et Gal. in libᵒ de diebus creticis dixit: ꝙ varietas dierũ creticoꝝ seruans vnũ ordinẽ non videf posse reduci in aliã cãm: nisi in motũ supercelestẽ: sꝫ cũ inter motus supercelestes: maxime videaf fieri varietas in



humiditatibus ex motu lune: ⁊ solis: vt pz ex fluxu: ⁊ refluxu maris ⁊ in augº humiditatũ ex luna crescente: ⁊ eꝫ. in decremento: quare cã dierũ creticoꝝ vsqz ad. 40. sumẽda est ex motu lune: supra annũ vero sumenda est ex motu solis. Discordant vero penes quẽ mensem aspectus quadrati: ⁊ oppositi sumendi sint: nã astronomi dñt ꝙ penes mẽsem peragrationis lune in zodiaco sumunt isti aspectus quadrati: ⁊ oppositi: ⁊ cum ille mensis sit. 27. dierũ: ⁊. 8. horarũ diuidẽdus est in quatuor quadras: siue ĩ quatuor ptes equales: ⁊ sic quelibet quarta erit sex dierũ: ⁊ viginti horarũ: vt pz: ⁊ pñter prima dies cretica erit sexta die cũ viginti horis: ⁊ pz ꝙ tangit plus de septima qꝫ de 6ª ⁊ 2ª dies cretica erit decimatertia dies: ⁊. 16. hore: ⁊ pz ꝙ tãgit plus de decimaquarta qꝫ de decimatertia ⁊ si super istam addant sex dies: ⁊. 20. hore erunt. 20. dies: ⁊. 12. hore: ⁊ sic. 20. hꝫ medietatẽ de cretica: ⁊. 21. hꝫ aliam medietatem: ⁊ si addant sex dies: ⁊. 20. hore: erunt. 27. dies: ⁊. 8. hore: ⁊ sic pz ꝙ. 27. plus hꝫ de cretica: qꝫ. 28. Medici vero: maxime Gal. non acceptat aspectus hos sumẽdos esse 2m mensem peragrationis: mouet maxime ex auctoritate Hipp. 3º pnosticorum: qui. 20. esse diẽ creticã: ⁊ non. 21. ⁊ tñ si sumunt aspectus 2m mensem peragrationis: equaliter est cretica dies. 21. sicut. 20. sicut dictũ est supra. Et si diceres ꝙ. Gal. ꝙ Hipp. in libº epidimiarũ dixit. 21. esse diem creticã. Dicit: ꝙ Hipp. cõposuit librũ illum qñ erat iuuenis: ⁊ nõ pfecte ꝯsiderauit: sicut fecit in libº pronosticoꝝ: ⁊ in aphor. in qbꝰ dixit. 20. creticã: ⁊ nõ. 21. Quare dicit: ꝙ opz inuenire mẽsem aliũ: penes cuiꝰ quadras sumant dies cretici: p quo notat ꝙ alius est mensis ꝯiunctionis lune. s. ab vna ꝯiũctione ad aliã. qui est. 29. dierũ: ⁊. 12. horis: ⁊ alius est mensis peragrationis mensurans motũ lune in suo deferẽte: qui fit incipiẽdo ab aliquo pũcto: quousqz redeat ad idẽ punctũ: qui est. 27. dierũ ⁊. 8. horarũ: ⁊ alius est mẽsis apparitionis. s. tẽpus: in quo luna recepto lumine a sole: nobis apparet: ⁊ est mensis cõis impressionis: q est. 26. dierũ: ⁊. 12. horarũ: qz est per tres dies ante cõiunctionẽ. hec Gal. Ex quo infert: ꝙ cum nõ possint sumi tales quadre penes mensem peragrationis: vt probatum est: qz tunc. 21. esset ita cretica sicut. 20. ꝙ. Hipp. nec possint sumi penes mensem ꝯiunctionis: qz medietas est. 14. dierũ: ⁊. 18. horarum: ⁊ sic. 15. esset magis cretica qꝫ. 14. ⁊. 3ª 4ª addita: fieret: cretica. 22. dies: ⁊. 3. hore: nec etiam possint sumi penes quadras mensis apparitionis: qz medietas est. 13. dierum: ⁊. 6. horarũ: ⁊ sic. 13. esset magis cretica: qꝫ. 14. quod est falsum: vt sepe pbatum est. Quare opz facere mensem medicinalem: penes cuius quartas sumunt dies cretici: ⁊ saluent oĩa dicta Hipp. hic aũt mensis erit cõpositus ex mense peragrationis: ⁊ mense apparitionis: qz si ꝯiungant isti duo menses adinuicẽ: ⁊ cum mẽsis peragrationis sit. 27. dierũ: ⁊. 8. horarũ: ⁊ mensis apparitionis sit. 26. dierũ: ⁊. 12. horarũ fiẽt in totũ. 53. dierũ: ⁊. 20. horarum: si modo capiat medietas huius mensis: illa erit mensis medicinalis: ꝯtinens. 26. dies ⁊. 22. horas: ⁊ huius mẽsis 4ª pars est. 6. dies: ⁊. 17. hore cũ dimidio: ⁊ aggregando tres quartas huius mẽsis fiunt. 20. dies: ⁊ 4ºr hore cum dimidio: ⁊ sic. 20. dies plus hꝫ de cretico: qꝫ. 21. hec Gal. Ex quo infert pº ꝙ septimana medicinalis nõ est integra ex numero cõpleto dierũ nãlium 2º infert diem medicinalẽ nõ esse integrã nãlem: sꝫ deficere a die nãli p vnam horã: vel circa: qz. 14. parte hore. 3º infert: quare 2ª septimana dz esse ꝯiuncta cum 3ª ⁊ debet esse separata a pª ⁊ 4ª dz esse separata a 3ª. hec Gal. 3º de diebꝰ creticis. Circa aũt hanc assignationẽ mensis medicinalis factam a Gal. cõprehẽd. manifestus error: qz ex illa sequit: ꝙ. 13. esset magis cretica: qꝫ. 14. ꝙ. Hipp. pbat ꝯñria qz cum vna 4ª istius mensis medicinalis sit sex dierũ: ⁊. 17. horarũ cũ dimidia si super istã addat 2ª. 4ª faciet. 12. dies: ⁊. 34. horas: ⁊ sic erunt. 13. dies: ⁊. 11. hore: quare. 13. plus hꝫ de cretico: qꝫ. 14. Nõ vidit autem hoc: qz nimis intẽtus erat circa. 20. ideo nõ aduertit ad. 14. quare cecidit in scyllam cupiẽs vitare charibdim. Fundamentũ vero sui erroris fuit: qz posuit occultationẽ lune fieri tribus diebus: ⁊ ꝯñter posuit mẽsem apparitionis esse. 26. dierũ cum dimidio: cum tñ occultatio luminis lune fiat tñ per duos dies cũ dimidio: vt pbabit: ⁊ ꝯñter mẽsis apparitionis est. 27. dierũ precise. Corrigendus est igit mensis medicinalis: vt que dicta sunt p ipsum fieri: saluari possint. Dicamus igit: ꝙ mẽsis medicinalis fit ex ꝯiũctione mẽsis peragrationis: ⁊ mensis apparitionis: dũmodo recte sumat mensis apparitionis: qui est tñ. 27. dierum: vt probabo: qz tempus occultatiõis lune est ad plus duoꝝ dierũ cum dimidio: ⁊ rõ est: qz quãdiu luna est sub luce solis tãdiu põt occultari: est aũt sub luce solis scdm quãtitatẽ orbis solis: qui est. 15. graduũ: ⁊ ideo per. 15. gradus ante ⁊ p. 15. post est luna sub luce solis: ⁊ dicit esse in ꝯbustione: hi aũt. 30. gradus ad plꝰ pertranseunt a luna in duobus diebus cum dimidio: qz luna ad minus pertransit in die nãli. 12. gradus: ⁊ cõiter. 13. ⁊ ad plus. 14. quare tẽpus occultationis lune est ad plus duoꝝ dierũ cum dimidio: ⁊ cum dixerit Gal. 3º. de diebus creticis: vbi dicit. Tẽpus occultationis lune est tẽpus longũ: ⁊ ẽ quasi quãtitas cursus signi integri. hec Gal. Cũ aũt signũ sit. 25. graduũ: ⁊ pertrãseat ad plus in duobus diebus cum dimidio: mirum est: ꝙ postea dixerit tempus occultationis lune esse triũ dierũ. Ex hoc sequit pº ꝙ mensis apparitionis est. 27. dierũ tñ: patet qz subtractis duobꝰ diebus cum dimidio a mense ꝯiunctionis: qui est. 29. dierum cũ dimidio: sequit: ꝙ mẽsis apparitiõis erit. 27. dierũ. 2º sequit ꝙ si cõponant isti duo menses adinuicem. s. mensis apparitionis: qui est. 27. dierũ: ⁊ mẽsis pagrationis: q est. 27. dierũ: ⁊. 8. horarũ: ꝙ mẽsis medicinalis extractꝰ ab illis erit. 27. dierũ: ⁊ 4ºr horarũ vt pz. Vlterius sequit ꝙ facta diuisione talis mensis medicinalis ĩ. 4. qrtas: qlibet. 4ª erit. 6. dies: ⁊. 19. hore: ⁊ pz in pª 4ª ꝙ 7ª dies est magis cretica: qꝫ 6ª qz plus tãgit de 7ª ⁊ si super hãc 4ªm addes. 6. dies ⁊. 19. horas fient. 13. dies: ⁊. 14. hore: ⁊ pz ꝙ in hac 2ª 4ª. 14. est magis cretica: qꝫ. 13. ⁊ si super hanc scdam 4ªm addes. 6. dies: ⁊. 19. horas fient. 20. dies: ⁊. 9. hore: ⁊ patet ꝙ. 20. est magis cretica: qꝫ. 21. ⁊ si super hanc tertiam quartã tu addes. 6. dies: ⁊. 19. horas: fient. 27. dies: ⁊ qtuor hore: ⁊ pz ꝙ. 27. est magis cretica: qꝫ. 26. Quare pz: ꝙ sic ponendo mensem medicinalem saluant magis dies cretici esse scdm quadras talis mensis.

Quantũ ad 3m. s. de crisi tria tangenda sunt: pº qd est crisis ꝓprie: 2º que sunt signa bona crisis: ⁊ que mala: ⁊ 3º que sit pfecta crisis. Quantũ ad pm sciendum: ꝙ crisis ꝓprie loquẽdo est subita purgatio. i. euacuatio mãe facientis morbũ: vel 2m totũ: vel 2m partem.



Colligit̃ hoc a Gal. in comẽto illius aphor. prime pti
le. Ea quoꝝ crisis fit: aut facta est equalr̃ nõ mouere:
nec nouũ facere: sed sinere: vbi dicit: ꝙ crisis cũ pur-
gatione melior est ea: que est cuȝ apostẽ ⁊ ꝑ purgatio-
nem intelligit euacuationem ad extra corpus: ⁊ si ꝯ.
hoc dicat̃: qr Gal. dixit ꝙ crisis est vehemens: ⁊ ve-
lox motus morbi: cuȝ infirmus ad mortẽ: vel ad sani-
tatẽ deducit̃: modo si crisis est motus morbi: igit̃ non
est purgatio mãe. Itẽ Auic. capº de crisi inquit. Cri-
sis est alteratio: que fit subito ad latus sanitatis: aut
ad latus egritudinis: modo si crisis est alteratio: igit̃
nõ est purgatio. Rñdẽdo dicit̃: ꝙ in crisi facienda tri-
plex tẽpus ꝯsiderat̃. s. tẽpus ante crisim: qḋ est tẽpus
difficile: qr in illo tẽpore nã diuidit nociua a bonis: vt
ad expellendũ faciat apparata: vt dicit Gal. in comẽ-
to illius aphor. Quibuscũqȝ crisis fit: hijs nox diffici-
lis ante acumen: 2m tẽpus: quod ꝯsiderat̃ est tempus
sequẽs crisim: qḋ est leue: qr quiescit in eo: iuxta illud
Hipp. superueniẽs vero leuior est: vt in pluribꝰ: ⁊ iõ
quiescit ĩ eo. 3m vero tẽpus est: qḋ est mediũ inter hec
duo tẽpora. s. in quo fit crisis: qr cum in pº tẽpore fece-
rit mãm preparatã ad expulsionẽ: ⁊ in 3º tẽpore quie-
scat: igit̃ in illo tẽpore medio expellit mãm: ⁊ illa su-
bita expulsio mãe morbi crisis dicit̃: ꝙ aũt dicat̃ mo-
tus: vel alteratio potius vsaliter est: q̃ȝ formalr̃: qr cri-
sis fit mediãte motu: ⁊ mediãte alteratione. Quantũ
vero ad 2m de signis bone crisis: ⁊ male: sciendũ: ꝙ si-
gnũ bone crisis est: ꝙ antea appareat pfecta digestio:
⁊ malum signũ ꝯtrariũ est: ꝙ fiat crisis nõ precedẽ-
te digestione. Colligit̃ hoc a Gal. in ꝯto illius aphor.
secunde pticule. Nõ 2m rõnem alleuiatis non opȝ cre-
dere: nec vereri valde mala: que irrationabilr̃ fiunt:
vbi Gal. dicit. Qȝ in magno: ⁊ forti morbo: si subito
veniat alleuiatio purgatione nõ precedẽte: nec signis
coctionis apparentibus nõ opȝ credere: sȝ coctionis
significationibus pfectis apparentibus nõ opȝ time-
re: ⁊ si infirmus sit cũ malo spũ: ⁊ cum mentis aliena-
tione: siue febris duritie: ⁊ virtutis defectione: qr non
diu pmanent hec: ⁊ aliqñ crisim signant laudabileȝ.
hec Gal. Quantũcũqȝ igit̃ eger male se habeat: si ap-
pareant signa digestionis ꝯsidendũ est. Cõtra hec vi-
dent̃ duo dicta: pm est Auic. dicentis: ꝙ in febre pesti-
lentiali vrina aliqñ est sicut sani: ⁊ tñ infirmus tẽdit
ad mortẽ: sed vrina sani est cũ digestione: igit̃ digestio-
ne apparente nõ semper fit crisis bona. Scðm dictuȝ
est Gal. in ꝯto illius aphor. Quibuscunqȝ crisis fit: ijs
nox difficilis ante acumen: dicit in fine cõmẽti ꝙ cri-
sis plus attinet sanitati: q̃ȝ morti: nisi morbus sit pe-
stilentialis: modo sequit̃ si in morbis nõ pestiferis cri-
sis plus attinet sanitati: igit̃ in his nõ opȝ ꝯsiderare
si digestio appareat: vel non. Rñdeo. Ad pm dicit̃: ꝙ
qñ dicit̃ apparentibus signis digestionis crisis super-
ueniens est bona: intelligit̃ ꝙ illa signa ondant dige-
stioneȝ mãe peccantis: qualr̃ nõ est in casu adducto:
qr in illo casu nã nõ audet ꝯ morbũ: ⁊ ideo vrina est
sicut sani: ⁊ si dicit̃: quõ ergo in febre pestilentiali põt
cognosci: ꝙ sit digestio mãe peccantis: vel nõ? Dicit̃:
ꝙ cognoscit̃ ex hoc: qr mã peccans paulatine digeri
dȝ: que ergo apparet subito cũ digestione non arguit
digestionẽ mãe peccantis. Ad 2m dicit̃ ꝙ crisis plus
attinet sanitati: q̃ȝ morti exceptis febribus pestilen-
tialibus ꝑpterea: qr tales morbi fiunt a mã benigna:
que non irritat nãȝ: quin possit expectare digestionẽ
nisi forte multitudine peccaret: ⁊ tunc etiã purgatio
magis attinet sanitati: sed in febribus pestilentiali-
bus eꝯ est: qr mã venenosa incitat nãm ante digestio-
nem: quare sepe mala crisis fit in pestilentialibus: ⁊
ꝑpterea datũ est preceptũ in pestilentialibus: vt mi-
noret̃ mã a pñº iuxta illud Auic. in cura febris pesti-
lentialis. Sũma curationis huius est exsiccatio. i. mi-
noratio. s. in pñº cum floborbª vel farmaria: ⁊ si prius
dari posset bezeardicũ in prima die tãto melius: qr
hoc pbibet infectionẽ trãsire ad cor: ⁊ ꝑpterea saluat
vitã. Ad argumentũ vero negat̃ ꝯñtia illa in morbis
nõ pestiferis crisis plus attinet sanitati: igit̃ non opȝ
ꝯsiderare digestionẽ: qr cã quare plus attinet sanita-
ti est: qr fit post digestionẽ in eis: quare. Quantũ ad
tertiũ. s. de pfecta crisi: sciendũ: ꝙ crisis pfecta hȝ sex
ꝯditiones: vt inquit Gal. in ꝯto illius aphor. secunde
pticule. Ea quoꝝ crisis fit: aut facta est equalr̃ nõ mo-
uere: nec nouũ facere: prima est: ꝙ fit cum purgatio-
ne. s. mãe ad extra corpus ⁊ ideo dixit. Crisis enim cũ
purgatione melior est ea: que cum apostẽ est: scða ꝙ
fiat purgatio maloꝝ humoꝝ: qui sunt cã morbi: 3ª ꝙ
fiat purgatio ꝑ rectã viã: quarta ꝙ fiat in die creti-
ca: quinta ꝙ fiat cũ alleuiatione: sexta ꝙ fiat cũ appa-
ritione signoꝝ digestionis: ⁊ si deficit vna istarũ: non
erit perfecta crisis: neqȝ certa: vñ versus. Purgo
malos recte cretice: leuiter qȝ digestos. Et sicut pfe-
cta crisis requirrit sex ꝯditiones dictas: sic pfecta co-
ctio. i. digõ ꝑ vrinã requirit sex cõditiones: vñ ꝟsus.
Albet hipostasis subtus residens: figura rotunda.
Lenis: ⁊ equalis: ⁊ multo tempore durans.
Et sicut que deficit in aliqua ꝯditionuȝ crisis non est
pfecta crisis sic que deficit in aliqua ꝯditionuȝ dige-
stionis nõ est pfecta digestio. Circa dicta de crisi ca-
dunt due difficultates: prima est: qr videt̃ tñ vna cõ-
ditio necessaria ad crisim pfectam. s. pfecta digestio:
pbat̃: qr ꝑ pfectã digestionẽ sufficiẽter preparat̃ mã
ad expulsionẽ: igit̃ pfecta digestio sufficit ꝑ expulsio-
ne: ⁊ ꝯñter ꝑ crisi perfecta. Scða difficultas est: qr nõ
videt̃: ꝙ sit necesse crisim fieri in die cretica: quia stat
perfectã digestionẽ esse: ⁊ nõ fieri crisim: pȝ per illud
dictũ Auic. prima quarti capº. de cura putridarũ in
gñali. Apud statũ vero nõ moueas: donec nã vincat:
⁊ digerat: ⁊ si ipsa nõ mouet: moue tu hora motus eiꝰ:
ecce: ꝙ stante pefecta digestione nã nõ mouet: quare
Auic. precipit: vt moueas tu: qñ nã nõ mouet ea ho-
ra: qua dȝ mouere. s. in die cretica. Respõdeo ad pri-
mam. negat̃: ꝙ tñ vna ꝯditio sufficiat ad crisim pfe-
ctam. s. digestio perfecta: ⁊ ad pbationeȝ: si perfecta
digestio sufficit ad preparationẽ mãe: ergo sufficit ad
expulsionẽ: ꝯcedit̃ ꝯñtia: ⁊ vlterius igit̃ sufficit ꝑ cri-
si perfecta: negat̃ ꝯñtia: qr crisis perfecta nõ soluȝ di-
cit expulsionẽ mãe peccantis: sed ꝑ viã rectã: ⁊ in tẽ-
pore debito. s. in die cretica: ⁊ cuȝ alleuiatione: quare
oẽs sex ꝯditiones requirunt̃. Posset tñ dici: ꝙ dige-
stio mãe magis necessaria est: q̃ȝ alie ꝯditiones: qr ha-
bita illa nã habet in ptãte sua elicere alias. s. purga-
tionem debitã: ⁊ rectã viã: ⁊ debitũ tẽpus: sed nõ eꝯ.
qr habitis alijs nõ est in ptãte nãe semper facere dige-
stionẽ perfectã: quare ⁊c. Ad scðam cum arguit̃: ꝙ
stat perfectã digestionẽ esse: ⁊ nõ fieri crisim: igit̃ non
est necesse fieri crisim in die cretica: dicit̃ concedendo
hanc ꝯñtiam: sed nõ est ꝯ nos: qr intelligimus: ꝙ qñ-
cũqȝ crisis pfecta fit: necesse est fieri in die cretica: qñ

aũt nõ fit nõ fit in die cretica: nec nõ cretica: stat ergo bene digestionẽ perfectã esse: ⁊ nõ fieri crisim: sed non stat fieri perfectã crisim: ⁊ nõ esse digestionẽ pfectaz: sic lz stet nõ fieri crisim in die cretica: nõ tñ stat fieri crisim perfectam: ⁊ non fieri in die cretica: quare ⁊c. ¶ Quartũ ad 4^{m} dicendũ de difficultatibus circa dies creticos mouendis. Circa aspectus sunt due difficultates: prima est: q2 si dies cretici sumunẽ 2^{m} aspectus quadratos: ⁊ oppositos ipsius lune: sed ex eodẽ aspectu idez effectus sequi oƷ: igiẽ dies cretica: que est effectus illius aspectus: non est modo bona: mõ mala: pz ꝯñia: ꝯñs tñ falsum: q2 sm̃ hipp. 3° pronosticoꝝ. In acutis febribus idem est terminus quibusdã ad vitã: quibusdã vero ad mortẽ. Itẽ Auer. 6° colliget: ꝯtingit: ꝙ duo iuuenes equalis cõplexionis ⁊ etatis: ⁊ fortitudinis incipiant egrotare eadẽ die: ⁊ ab eodẽ physico perito curenẽ: ⁊ tñ vnus rẽdet ad sanitatẽ: ⁊ alter ad mortẽ: ⁊ in eadẽ die cretica: quare in vno bona erit: ⁊ in alio mala: ⁊ dicit Auer. ꝙ hoc ꝯtingit ꝓpter cõditiones mãles: quas ignorat medicus: ⁊ ideo medicina imperfecta est. Scõa est q2 si dies cretici sumunẽ 2^{m} aspectus: igiẽ fortior aspectus fortiorẽ diem creticam facere debet: pz ꝯñia: ꝯsequẽs tñ falsum: q2 aspectus oppositus est fortior quadrato: quoniam aspectus oppositus est aspectus perfecte inimicitie: ⁊ aspectus quadratus est aspectus medie inimicitie: ⁊ tñ dies 7ª que est scđm quadratũ aspectuz est fortior. 14. que est scđm aspectũ oppositũ: q2 mĩ Gal. dicit: ꝙ in 7ª fortior fit crisis: q̃z in. 14. Rñdẽdo ad p^{am} difficultatẽ ꝯcediẽ: ꝙ ex eodem aspectu idem effectus sequi oƷ quantum est ex pte sui: ⁊ si modo veniant diuersi effectus: hoc aliunde venit: ⁊ ꝓpterea dixit Auer. ꝙ est ꝓpter diuersas ꝯditiones mãles: quas ignorat medic⁹: nõ aũt ignoraret astronomus: qui hẽret natiuitatẽ vtriusq3 calculatã: q2 in illo2 qui moriẽ: cognosceret: ꝙ est vel ex defectu alcocho den quod deficit in annis: vel ex mala directione alicuius infortunij ad hyleg illius. Ad scđam dicit: sm̃ Gal. ꝙ fortior dies cretica dr̃: in qua fortior fit crisis: ⁊ cũ in 7ª fortior fit crisis q̃z in. 14. iõ septima est fortior dies cretica: q̃z. 14. Ad rõnem dr̃: ꝙ fortior aspectus est aptus facere fortiorẽ diem creticam: si cetera sint paria: que ꝯcurrunt ad fortificandum diem creticã: sed hic nõ sunt paria: q2 in 7ª virtus est fortior: ⁊ mã magis apta: q2 subtilior: iõ fortior fit crisis in 7^{a} q̃z in. 14. Circa mensem medicinalem sunt due difficultates. ꝑma est q2 non videẽ: ꝙ penes quartas mẽsis medicinalis sumanẽ dies cretici: probaẽ q2 dies cretici sumunẽ penes quartas mensis peragrationis: vt supra ꝓbatũ est: igiẽ nõ sumunẽ penes quartas mensis medicinalis: pz ꝯñia: q2 isti mẽses. s. peragrationis: ⁊ medicinalis: aut diuersificanẽ: aut nõ: si nõ diuersificanẽ frustra est facere inuentionẽ de mense medicinali: ⁊ si diuersificanẽ: igiẽ quod sumiẽ penes quartas vnius illoꝝ nõ sumiẽ penes quartas alterius. Scđa difficultas est circa fundamentũ mensis medicinalis: q2 cum talis mensis ꝯstruaẽ ex mense peragrationis: ⁊ mense apparitionis: variato vno illoꝝ variareẽ mensis: sed ꝙ mẽsis apparitionis sit. 27. dierũ fundaẽ super hoc: q2 occultatio luminis lune a sole est duoꝝ dieruz cũ dimidio. Cõtra hoc est Alfraganus: qui dicit: ꝙ aliqñ luna ingrediẽ vno die sub radijs solis: ⁊ scđa die ita egrediẽ: vt appareat: igitur nõ est tm̃ tempus occultationis: sicut dictũ est. s. duorum dierum cum dimidio. Rñdendo ad p^{m} diciẽ sm̃ Gal. 3° de diebus creticis: ꝙ due sunt radices dieruz creticoꝝ. s. rõ: ⁊ experimẽtũ: rõ vult: ꝙ dies cretici sumanẽ 2^{m} aspectus quartarũ mẽsis ꝑagrationis: experimentũ vero vult ꝙ sumanẽ 2^{m} aspectus quartaruz mensis medicinalis: ⁊ huic magis ꝯsentiunt medici: quare negaẽ añs: si sumanẽ vlẽter: diciẽ 2° ꝙ concesso antecedẽte: negaẽ ꝯñia: q2 quarte istoꝝ mensiuz sunt adeo ꝓpinque: vt fere eedẽ sint: q2 nõ dr̃nt: nisi ꝑ horam: vel minus: sed cũ parũ deest: nihil deesse videẽ: quare ⁊c. Ad 2^{m} cum arguiẽ cõtra fundamentũ mensis medicinalis: ꝙ est recte mẽsurare occultationem lune sub radijs solis: ⁊ dictũ est: ꝙ talis occultatio est duoꝝ dierũ cum dimidio: ⁊ ꝑñter mẽsis apparitionis est. 27. dierũ precise: cuz arguiẽ cõtra auctoritate Alfragani: diciẽ: ꝙ de occultatione lune sub radijs solis est magna diuersitas 2^{m} ꝙ cõiunctio fit in nocte: vel in die: ⁊ 2^{m} ꝙ fit in vesperis: vel in matutinis: ⁊ ideo poniẽ triplex tẽpus occultationis. s. maius: minus: ⁊ mediũ: maius est duoꝝ dierũ cum dimidio ꝓpter rõnem dictã: q2. 30. gradibus luna stat sub radijs solis scz. 15. ante solem: ⁊. 15. post: sed hoc tẽpus pertransiẽ a luna in duobus diebus cum dimidio: quare ⁊c. Minus vero tẽpus est vnius diei cum dimidio: vt dixit Alfraganus: ⁊ q2 2^{m} hoc tẽpus aliqñ apparet. Mediũ vero tẽpus est: quod est inter hec duo. s. duo dies: quare pz ad argumentũ: q2 Alfraganus loquiẽ de minori tẽpore: nos vero de maiori: quare ⁊c. Restat grande dubiũ circa hanc mãm. Utrũ dies egritudinum sint scđm. 24. horas cõputandi ad habẽdũ dies creticos: aut minuenda sit vna hora: vel circa in qualibet die. Et arguiẽ: ꝙ nõ debent computari dies egritudinis scđm. 24. horas diei nãlis: p^{o} ꝑ hipp. 3° pronosticoꝝ dicentẽ. Neq3 est cõputari septimanã in cõpleto numero dierũ: nec annis: nec mẽsis: ad quoꝝ formã septimanas tres in viginti dierũ numero terminamus: ⁊ scđm hanc augmẽti rõnem euenit primus periodus in. 20. die: scđs in. 40. ⁊ tertius in. 60. Cõfirmaẽ idem ꝑ aphor. hipp. scđa ꝑticula. Septimã 4ª manifestat alterius ebdomade 8^{a} ꝑn^{m}: ꝯtemplaria rursus. 11. hec enim est 4ª scđe ebdomade ꝯtemplaria rursus. 17. hec eniz est 4^{a} a. 14. ⁊ 7^{a} ab. 11. ex quo pz manifeste ꝙ. 20. est finis tertie ebdomade: ⁊ ꝑñter dies cretica diminuta est in hora a die nãli. Scđo principalẽ arguitur per Gal. 3° de diebus creticis: q2 dies cretici sumendi sunt 2^{m} quartas alicuius mẽsis: q̃m iste quarte insequunẽ aspectus quadratos: ⁊ oppositos lune: sz nõ sunt sumẽde iste quarte 2^{m} quadras mensis peragrationis: q2 tunc. 21. esse ita cretica sicut. 20. nec 2^{m} quadras mensis ꝯiunctionis qui est. 29. dierũ: ⁊. 12 horarum: q2 tunc. 15. esset magis cretica: q̃z. 14. ⁊. 22. esset magis cretica: q̃z. 20. ⁊ q̃z. 21. nec scđm quadras mẽsis apparitionis: q2 tunc. 13. esset ita cretica: sicut. 14. ergo opz ꝯstituere mensem medicinalem: scđm cuius quartas sumamus dies creticos: ⁊ hic mensis erit cõpositus ex mense peragrationis: ⁊ mense apparitionis: vt dictum est corrigendo errorẽ Gal. Et sic saluanẽ oẽs dies cretici: qui minuunẽ a die nãli. Confirmat Gal. idem in p^{to} illius aphor. Septimã 4ª manifestat: q2 si 3ª septimana finiẽ ad viginti dies impossibile est dies creticos tot horas ꝯtinere: quot horas cõtinent dies nãles: quare. In ꝯtrariũ arguiẽ auctoritate Gal. in lib^{o} de febribus ad Glauconẽ: vbi dicit in fine.

fine. Deinde hoc pretermittendũ nõ fuit: quẽadmodum cretici dies debeant cõputari ꝑꝓ crisim cognoscendã: ⁊ subdit: ꝙ dies nãles debent esse. 24. horarũ: ⁊ dies artificiales. 12. horarũ: ⁊ idõ si febris hora tertia diei venerit: debes computare vsqȝ ad tres horas noctis: vt sit dies artificialis. 12. horarũ: ⁊ silr mõ dies: ⁊ noctes egritudinũ cõputare debes: vt nõ magis numerũ dierũ: vel noctiũ attendas q̃ȝ horarũ 2m numerum dierũ cõstituroꝝ: ⁊ ideo si ex hora qua cecidit in egritudinẽ: in triduũ cõputare velis: tunc opȝ: vt cõpleas numerũ. 72. horarũ: que ꝯplent tres dies nãles: silr si amplioris numeri: dies cretici fuerint: cõputandi sunt vt supra demostrauimus: quare pȝ: ꝙ dies creticos cõputat 2m horas dierũ nãlium. Rñdẽdo dicit ꝙ dies cretici nõ sunt cõputandi scðm tot horas: scðȝ quot cõputant dies nãles: cuȝ hoc tñ stat ꝙ dies egritudinũ sunt cõputandi vt dies nãles: ⁊ artificiales ad habendũ: vel ad extrahendũ dies creticos: ⁊ ꝓpterea premittit Gal. ꝙ dies nãles debent cõputari 2m. 24. horas: ⁊ dies artificiales scðȝ. 12. horas: ⁊ ideo subdit cum egritudo incipit 3a hora diei dȝ fieri cõputatio vsqȝ ad tertiã horam noctis: vt habeat dies artificialis: qui est. 12. horarũ: ⁊ dȝ fieri cõputatio vsqȝ ad tertiã horã alterius diei: vt habeat dies nãlis q est. 24. horarũ: ⁊ hoc dixit ad remouendũ errorẽ illoꝝ dicentium: ꝙ qñ egritudo incipit de die: nõ sunt cõputande nisi hore diei: ⁊ qñ incipit de nocte: nõ sunt cõputande nisi hore noctis: quod est falsum: q: debes magis attẽdere ad numerũ horarũ ꝯstituentiũ diẽ nãleȝ: vel artificialem: q̃ȝ ad numerũ horarũ dierũ: vel noctium. hec Gal. intendit: ⁊ subdit. Silr si amplioris numeri fuerint dies cretici: cõputandi sunt: vt supra demõstrauimus: ⁊ p hoc nõ intendit: ꝙ sint cõputandi 2m numerũ horarũ diei nãlis: sed alr: vt demõratuȝ est supra. Ex his pȝ. ꝙ Gal. in de febribus ad Glauconẽ nõ ꝯtradicit Hipp. nec sibi in numero horarum diei cretice: ⁊ hec de febribus sufficiant. Placet addere quinqȝ signa: que significãt crisim futurã posita a Gal. in libo de febribus ad Glauconẽ. Primũ signũ sumit ex morbo. i. ex qualitate morbi. s. ꝯsiderare an morbus sit acutus vel nõ: q: acutus amat crisim: non acutus vero nõ: acutus aũt triplex ẽ. s. acutus simplr: qui terminat in. 14. diebus: vt tertiana vera: acutus valde. i. peracutus terminat in. 7. vel in. 4or. diebus: acutus tropicus: ⁊ terminat supra. 14. s. in. 20. vel vsqȝ ad. 40. vt tertiana notha. Silr morbus: vel ẽ salubris: vel nõ: salubris: in quo apparet digestio: si vero nõ apparet digestio: nõ est salubris. 2m signũ sumit a principio morbi sumendo pñm more Hipp. qui diuidit morbum in pñm statũ: ⁊ declinationẽ: ⁊ sic prima medietas augmẽti se tenet ex parte pñcipij ⁊ scða medietas se tenet ex parte status: si ergo in pño videris aliquaȝ euacuationẽ factã a nã: vel fluxũ sanguinis: vel p fluxum ventris: vel per fluxuȝ vrine vel sudoris: vel vomitus: cum hec fiant nõ precedente digestione p viaȝ synthomatis facta sunt: ⁊ nõ per viã crisis: quare nõ speres in statu debere fieri crisiȝ. si vero in pño nõ fiat aliqua euacuatio a nã: sed potius appareat aliqua digestio: indica in statu futurã crisim. 3m signũ sumit a die cretica. tu scis: ꝙ 7a est cretica: silr. 14. 7. 20. ⁊ sic de alijs vsqȝ ad. 40. si ante diẽ creticã videris infirmũ angustiari: indica crisim futurã in die cretica: ⁊ proprie si ꝓcesserint signa digestionis: si vero videris infirmũ angustiari ante dieȝ nõ creticã: non speres crisim futuram: ⁊ si put fieret: mala erit. Nota: ꝙ si ante diem creticã nõ angustiat: ⁊ fiat tñ crisis in die cretica: ꝙ talis crisis est cum molestia: q: nã facit duo opera. s. separare malum a bono: ⁊ expellere. 4m signũ sumit ex accñtibus diuersarũ partiũ corporis: si eñi dolor in capite: vel pruritus in naribus acciderit: indica fluxum sanguinis ex naribus futurũ: ⁊ si dolorẽ in aure persenserit: aposta futurũ post aures suspicãdũ: ⁊ si rugitũ ventris senserit: crisim futurã per fluxum ventris indica: ⁊ si pruritũ in toto corpore perceperit: indica sudorẽ futurũ: ⁊ si in renibus inflammationẽ persenserit: fluxũ venturũ per vrinã indica. 5m signũ sumit ex cõplexione: etate: nã tẽporis: ⁊ ꝯsuetudinis: in cõplexione sanguinea magis expectat crisis per fluxũ sanguinis: in colerica p secessum: vel p vrinam: vel p sudorẽ: ⁊ scðm diuersitatẽ etatũ diuersam crisim expectare opȝ: ⁊ scðm diuersitatẽ tẽporũ: in vere p sanguinẽ: in estate p colerã: in autũno p meliaȝ: in hyeme p flegma. Et scðȝ ꝯsuetudinẽ diuersificant etiã crises: q: aliqui ꝯsueti sunt habere sepe fluxũ sanguinis: aliqui vero fluxũ vẽtris: ⁊ aliqui sepe sudãt: ⁊ scðm has ꝯsuetudines variant postea crises in egritudinibus: vnde versus.

Signa hec quinqȝ dabunt futuram noscere crisim:
Morbus: ⁊ initium: cretici: synthomata: physis.

Tractatus septimus de apostematibus.

Apostema est tumor preter nãm: quo membra magnitudine exeunt ab eo: quod est 2m nãm. Quatuor sunt cãe eius. s. mãlis: efficiens: formalis: ⁊ finalis. Cã mãlis est duplex. s. in qua: ⁊ est mẽbrum: ⁊ ex qua: ⁊ est humor: ⁊ 2m vtrãqȝ variat cura. sunt aũt humores mã ex qua: ⁊ ventositas: ⁊ aquositas. Causa efficiens est duplex. s. intrinseca: ⁊ extrinseca: intrinseca est duplex scðm duplicẽ moduȝ fiendi: q: si fit apostema per influxionẽ mãe ab altero: quod est vt plurimum est triplex. prima est ex pte influentis: ⁊ mittẽtis: vt totius corporis in plectoria: vel cachochimia: vel ex pte alterius mẽbri. scða ex parte recipientis: quod est debile. tertia ex latitudine venarũ: vel pororum. Si vero aposta fiat per viã paulatine cõgestionis: causa huius est sola debilitas membri: in quo est apostema: aut q: non põt ꝯuertere nutrimentũ: aut nõ põt expellere superfluitates. debilitas vero mẽbri est ex mala cõplexione diuersa: vel equali nãli: vel accidentali: ⁊ vitio humoris est 2m plurimũ: qui est causa oppilationis coarctatõe: vel ex multitudine superfluitatũ: vel ex grossitie: ⁊ viscositate: vel ex regimine ꝓcedens: vel ex nã mẽbri. Causa vero extrinseca est causa primitiua quantũ ad vtrũqȝ modũ. s. malitia regiminis nõ solum in cibo: ⁊ potu: sed etiam in alijs rebus nõ nãlibus: ex quibus maxime sunt motus fortes corporei: ⁊ animales: ⁊ vinũ: ⁊ etiã cause nõ necessarie. s. casus: ꝑcussio: morsus: ⁊ silia. Causa formalis est cõtractio magnitudinis nãlis mẽbri apostemati ad id: quod est preternãm: ⁊ 2m hanc diuidit: q: aut est tumor grandis: vt aposta: aut paruus: vt bothor. i. pustule. Causa finalis est duplex. s. vel quantũ ad finẽ vltimũ: ⁊ sic vel est salubre: vel mortale: aut quantuȝ ad finẽ mediũ: qui est altero sex modoꝝ: q: aut resoluit: aut maturat. i. saniat: aut lapidat: aut putrefit. i. corrumpit: aut subito aperit: ⁊ suffocat: aut ꝑmutat. Melior est resolutio: scða maturatio: mala est apertio

De causis eius.

subita suffocatio deinde corruptio: lapidatio vero
media est: permutatio pōt esse ad bonū ⁊ ad malum.

De signis.

Apostematū extrinsecoꝝ signa sunt manifesta
sensui. s. tumor: ⁊ inflatio: sed apostematuz in-
trinsecoꝝ quedā sunt signa essentialia: que sunt cōia
omnibus. s. grauitas: vel tensio in loco: ⁊ tumor: siue
inflatio: si ad ipsuz cū medio perueniat spūs: vt quia
sunt in stomaco: epate: vel splene: quedā vero sunt si-
gna accñtalia ꝓpter vicinitatē: vel colligantiā: vt te-
nuitas vētris in mirach: extenuatio subita corporis:
grauitas repentina in oculis: ⁊ quedā sunt signa ge-
nerū: nā aliud apostª est calidū: ⁊ aliud frigidū scōm
genus diuidēdo. signa calidi sunt inflāmatio: ⁊ dolor
acutus: siue fortis: ⁊ ꝑdurans: ⁊ rō est qr in eo est nō
solum replō: sed malitia cōplexionis diuerse: ⁊ solō cō
tinuitatis: ideo Hipp. in aphor. dixit. Dolores in la-
teribus: ⁊ pectoribus: aut in alijs ptibus si multū ste-
terint ad discernendū: magnū malum est etiā febris:
si sit ꝓpinquū cordi: ⁊ putrefactio: seu sanies fuerint.
Signa spērū sunt signa mãerũ: nā si est apostª calidū:
⁊ mã sit sanguis: accñtia predicta erunt obtusa: si co-
lera erunt intensa: si adusta intensiora: si vero mã sit
frigida: dolor erit paruus: nec tumor magnus: ⁊ acu-
tus: nec est febris: inquantū hmōi: nisi ꝑ putrefactio-
nem acquirat caliditatē: ⁊ sunt signa flegmatis ⁊ me
lencolie: ⁊ si sensus pōt peruenire ad illud in flegmati
co sentiet frigiditatē: albedinē: ⁊ mollitiez: in melēco
duritiē: ⁊ fuscedinē absqz dolore o[illegible]: in ventoso tēsio
nem resistentē tactui cum dolore. Signa vero sbtoꝝ:
siue causarū mãliũm: si fuerit in mēbro neruoso: erit
dolor acutus: pungitiuus: ⁊ fortis qñqz perducēs ad
spasmū: ⁊ pulsus serrinus. Si vero in mēbro insensi-
bili fit: in eo erit grauitas sine dolore acuto: vel dolor
erit grauatiuus: ⁊ pulsus vndosus: ⁊ signū ꝓprij mē-
bri officialis est nocumentū opationis ipsius: ⁊ signa
distinguētia si sit ꝑ modū influxionis: videbis replō-
nez totius: vel alicuius mēbri mandantis: ⁊ debilita-
tem recipientis. Signa vero per modū cōgestionis:
debilitatio sola mēbri apostemati erit cū priuatione
predictoꝝ: ⁊ si sit in fieri: videbis augeri tumorē: ⁊ ac-
cidentia: si vero facta est: tumor ꝑmanebit in esse suo:
⁊ dolor: ⁊ febris augebit. Signa vero tēporū apostˡⁱˢ
sunt triplr: aut penes essentiā: aut penes accñtia: aut
penes signa digōnis ⁊ indigōnis. Penes eēntiā: qr in
pnͦ incipit tumescere mēbrum: deinde augetꝛ: deinde
stat: deinde minuitꝛ: ⁊ resoluitꝛ: si dz eē salubre. Penes
vero accñtia: illa erūt in pnͦ leuia: in augᵗͦ augmēta
buntꝛ: in statu vltimantꝛ: ⁊ in declinatione remittuntꝛ:
donec cessent: i salubri dico: si vero mortale sit: stabūt
in acumine suo: donec extinguant. Penes digestionē
vero: ⁊ indigestionē signa: eius tēpora cognoscuntur
sic: nā si incipiet maturari: videbis duritiez minui: ⁊
dolorem: ⁊ febrem augeri: si fuerint: vel infingere si nō
fuerītꝛ: deinde vltimari: qñ digestio: ⁊ maturatio fue-
rit cōpleta: ⁊ virulētia egreditꝛ: si nō sit sub cute cela-
tum: sed in oculis: naribus: labijs: pleura: ⁊ similibꝫ:
vltimo cum cōpleta est minui. Signa vero termina-
tionis sunt diuersa 2ᵐ diuersitatē terminationū: si re
soluitꝛ fit remissio doloris: grauitatis: ⁊ febris: ⁊ alioꝝ
accñtiuz. Signa maturationis: siue saniationis sunt
pulsatio: augmētatio doloris: ⁊ febris: sed qñ facta est
maturatio: fit diminutio illoruz. Signa eruptionis
sunt rigor: diminutio grauitatis: ⁊ doloris: ⁊ egressio
puris: ⁊ signa bone saniei sunt: vt sit alba: lenis: ⁊ eq̄-
lis: ⁊ malo carens odore: ⁊ si eͦ̄ est: mala est. Signa
ꝯuersionis in lapidē diminutio doloris: ⁊ febris: dio
cum duritie. Signa corruptionis ferentis sunt muta
tio coloris mēbri ad liuiditatē: vel nigredinē: ⁊ exeū-
tium fetor. Signa subite apertionis sunt subita mu-
tatio grauedinis: ⁊ doloris: ⁊ ꝑmutatio puris ad mē-
brum ꝓpinquū: ⁊ qñqz exitus puris: ⁊ sanguinis. Si
gna permutationis sunt diuersa 2ᵐ diuersam ꝑmuta
tionē: nā si permutatio fit ab interioribus ad exterio
ra: alleuiatio fit oīum accñtium: eͦ̄ vero fit aggraua-
tio. Inquit Hipp. herysipilaz interius extra ꝯuerti:
bonū: exterius vero intus malum: aut fit permutatio
de nobili ad ignobile: vt de pͥncipali ad emunctoriū:
aut econtra: aut de minus nobili ad magis nobile: vt
de pleura ad pulmonē: aut de pulmone ad cor: aut de
superioris ad inferius: aut eͦ̄: si pͦ modo fit alleuiatio
febris: ⁊ doloris: ⁊ alioꝝ accñtium: si 2ͦ modo: signa
ꝯtraria erunt: ⁊ malitia anhelitus: ⁊ pulsus diuersi-
tas: si a superiori ad inferius: si a cerebro ad cor: tunc
deteriora signa erunt: si ad minus nobile: meliora si-
gna. ⁊ hec de signis.

De cura apostematis in vniuersali.

Curatio apostematis est duplex gñalis: ⁊ specia-
lis. Gñalis curatio est euacuatio: qr egritudi-
nes: que ex plenitudine fiunt euacuatio sanat. Eua-
cuatio vero aliqñ fit a parte apostᵗᵃ sola. s. qñ apostª
est factū: ⁊ fit ꝑ extractū solum. s. duplr aut per diafo
resim. i. per resoluentia: aut ꝑ digerentia: siue matu-
rantia. s. preparantia ad apertionē: si vero nondum
factū est: sed fiens est: opz: vt precedat preuisio: ⁊ ab-
scissio cause antecedentis: efficientis: deinde sequatur
cura apostematis facti: seu euacuatio iam mãe influ-
xe: ⁊ sic curatio apostematis ꝯsistit in 4ᵒʳ intentioni-
bus: pͦ in abscissione cause añtis: 2ͦ in abscissione ma
terie influxe iam: ⁊ colate: 3ͦ in regimine vite: 4ͦ in
correctione accñtium. Abscissio cause añtis si fiat ꝑ
modum influxionis: pͦ fit cū euacuatione totius cor-
poris: vel mēbri influētis ꝓuenienti: ⁊ cū diriuatione
ad ꝯtrariū: qr vel ē repletio totius: vel alterius ptis.
Euacuatio aūt fiet duplr scōm duplicē modū reple-
tionis: aut enim est plectoria: aut cachochimia: si ple-
ctoria. euacuatio fit cum flobothª in ꝯtraria pte: ⁊ in
ieiuno: si cum febre sit: alr nō: si vero est cachochimia:
farmatia appropriata euacuabitꝛ. 2ͦ cum stringētibꝫ
venas medias: atqz ductus: fit aūt illud cum stiptī-
cis applicatis. s. in venis intermedijs: ⁊ 3ͦ fit cum cō-
fortantibus mēbruz ne recipiat: qualia sunt stiptica
farmaca sbam eius adiuuantia: ⁊ adequantia cōple-
xionē eius cum caliditate: vel frigiditate: prout di-
scrasia exigit: vel ꝓprietate: ⁊ cum sedantibus dolorē
eius: atqz calorē. Et cōdisi cū acero ꝓhibent apostª
in pnͦ. Si vero apostema fit ꝑ modum congestionis:
curabitꝛ cum ꝯfortatione ex adequātibus cōplexionē
ipsius mēbri apostemati ⁊ vnientibus sbam eius: ne
mãz generet: qm̄ causa añs interior est cōplexio vlis:
⁊ nō humoralis: vel exterior primitiua: nisi repletio
precedens sit in eius debilitate: quo casu opz premit-
tere euacuationē. Si vero apostema fiat ꝑ modū in-
fluxionis: cōplebitꝛ curatione duplr. s. ꝑ recursum: ⁊ ꝑ
extractum: ꝑ recursum triplr: ꝑ pulsum: ꝑ tractuz: ⁊
ꝑ transmissum: ⁊ his modis tm̄ reccurret. Si vero ꝑ
modum

modum congestionis factum est complebitur similiter: licet per extractum de patiente magis: ⁊ p pulsum minus. Pulsus cuꝫ repcussiuis frigidis: ⁊ stipticis: talia enim repercussiua competunt in principio omnis apostematis facti p modum influxionis: licet fallat rõne materie: quia frigida: grossa: ⁊ viscosa: vel quia venenosa: vel quia membrum apostematum est emunctoriuꝫ alicuius membri principalis. Tractus autem fit cum fricationibus: ligaturis: ⁊ pressionibꝰ dolorosis: ventosis in partibus illi oppositis: ⁊ remotis: fit quoqꝫ flobotomus venarũ lingue in squinãtia: ⁊ saphene in apostemate matricis: vesice: ⁊ renum. Transmissus vero completur cum applicatione medicinarum stipticãtium super ipsum: sic enim mã fluẽs repellit: ⁊ q̃ fluxa est recurrit ad partes circũiacẽtes. Extractus de parte patiẽte fit dupl'r. s. insensibil'r p diaforetica: ⁊ sensibil'r p sectionẽ: vbi mã nõ sit grossa: quare tũc pcedere oꝫ maturatio: vt mollificatio resolõnẽ faciens: ⁊ post maturationẽ: siue saniationẽ oꝫ sequi aprio: deinde mundificatio sanici: deinde incarnatio: ⁊ ꝯsolidatio vlceris: vltº sigillatio: siue cicatrizatio. Regimẽ vero fit in debita administratione sex rerũ nõ nãlium: q̃ dñr cause primitiue: tunc recte administrent': vt ꝯfortent' v̈tutes mẽbroꝝ: digestiua: retentiua: attractiua: ⁊ expulsiua: ⁊ sit dieta subtilis. Correctio accidẽtiũ: maxĩe doloris dicta est supra ⁊ maxime consistit in alteratione contraria rei facienti dolorem: ⁊ quia calida est talis res: cum frigidis fit: non excessiue.

¶ De cura flegmonis. i. apostematis sanguinei.

Apostema sanguinis vel fit ex puro sanguine: vel mixto alteri humori: si ex puro sanguine: vel grosso: vel subtili: si ex sanguine: grosso vel nãli: ⁊ dr̃ flegmon: vel adusto: ⁊ dr̃ antrax: vel carbũculus: si ex subtili: vel nãli: ⁊ dr̃ furunculus: vel spina: vel adusto: ⁊ dr̃ carbo: vel ignis ꝑsicus: si v̊o ex sanguine mixto alteri humori: vel colere: ⁊ dr̃ pãnaritius: vel malũ pini: vel flegmati salso: ⁊ dr̃ sere: vel melie: ⁊ dr̃ vena egrediẽdi. Si flegmon fit a cã primitiua: aut corpus est vacuũ: ⁊ purgatũ: ⁊ tunc cura est cũ extractione materie de loco: ⁊ hoc fit cuꝫ mollitiuis: ⁊ resolutiuis: fiat ḡ hoc empl'uꝫ. ℞ farine tritici: ⁊ decoquat' in aqua cõi: ⁊ cũ oleo cõi fiat empl'um: mollificatiuũ est rõne olei: qđ est calidũ: ⁊ humidũ: ⁊ resolutiuũ rõne farine tritici: q̃ est calida. Aliud: ℞ mucilaginis althee: fenugreci: sem. lini añ vnc. ij. olei veteris: adipis galline: olei lilioꝝ: ⁊ camomille añ. ⁊ parũ butyri: cũ cera fiat vnguẽtũ hoc est mollitiuũ: ⁊ resolutiuũ: vt dicit Auic. ⁊ si mã fuerit multa scarificatio excusat laborem in resoluẽdo: q: euacuat materiã p parte. Aut corpus est repletũ: tunc nõ tangat' locus cum mollitiuis: q: plus de mã traheret' ad locũ: sed pº facias flobothm̃: ⁊ solutionem ventris ſm dñium humoris: deinde appone mollitiua: ⁊ in isto repercussiua fortia non ꝯueniũt: sed leuia: ⁊ ꝯfortatiua: ⁊ forte nõ sup locum: ⁊ in ꝯtusione empl'a data ꝯueniunt facta purgatione: ⁊ tũc nõ ꝯueniunt repcussiua. Si flegmon fuerit a cã añte: aliter est purgatio: ⁊ hꝫ quatuor intẽtiones. Prima est regimen vite. Scđa materiã añtem purgare. Tertia ꝯiunctã remouere. Quarta accidẽtia corrigere. Prima cõpletur cũ debita administratione sex rerũ nõ naturaliũ vertentiũ se ad frigidũ: ⁊ siccum: aer sit frigidus: ⁊ siccus: cibaria sint leuia: declinantia ad frigiditatẽ: pauci nutrimẽti: vt lactuca: ⁊ spinachia: lentes: ⁊ rizũ: vinũ eius lymphatum: ⁊ sit etiã granatoꝝ: si fuerit febris vtatur ptisana. Secunda intẽtio cõplet' cum floborhª: ⁊ solutione ventris: in pñº fiat floborhª ex cõtrario p vnã diametrũ: si aũt flegmon sit in statu fac floborhm̃ de eodẽ loco: ⁊ fiat farmacũ cum vnc. j. cassie: ⁊ electuarij de psilio: ⁊ cõfectionis hamech añ ʒ. j. q: colerã: ⁊ melãm euacuat: ⁊ sanguinẽ mundificat. Tertia intẽtio cõpletur cum repcussione. s. in pñº exceptis sex casibus: pmus est si mã est in emũctorio: scđs est si mã est venenosa: tertius sit mã fuerit expulsa p viam crisis: quartus si locus fuerit ꝯtusus: qntus si corpus fuerit plenũ non purgatũ: sextus si mã fuerit multa: ⁊ viscosa. Repcussiuũ Gal. 2º ad Glauconẽ ℞ aque: aceti in forma potabili: mixte calefiat: ⁊ cũ spongia exprimat': ⁊ sup locum ponat': ⁊ liget' linitiuũ. Aliud ad ideꝫ Auic. ℞ succi sempuiue lib. j. vini acerbi grossi lib. j. farine ordei vnc. ij. s. corticũ granatoꝝ: sumach puluerizatoꝝ añ vnc. j. coquant': ⁊ incorporent' adinuicẽ cũ oleo: ⁊ fiat linimẽtũ: ⁊ sup locũ ponat'. In augmẽto: ℞ olei rosati: ⁊ boli armeni misceant': ⁊ ponant' sup locum: ista sunt pcussiua: ⁊ resolutiua. Aliud ſm Auic. ℞ folioꝝ malue. m. j. absynthij: rosarũ añ vnc. s. farine ordei vnc. j. olei camomillini vnc. j. coquant': ⁊ pistent': ⁊ fiat empl'um. In statu vero: ℞ folioꝝ malue pitarie añ. m. j. furfuris partẽ. j. aneti: fenugreci añ vnc. s. camomille quartũ. j. pistent' oĩa: ⁊ coquant': ⁊ fiat emplastrũ. Aliud Gal' therapeutica: ℞ medulle panis frumẽti lib. j. infundant' in aqua feruẽti: ⁊ exprimat' aqua: mellis quãtũ sufficit: ⁊ misceat': ⁊ fiat empl'um. In declinatione v̊o: ℞ sumach: balaustiaꝝ: nitri rosati añ. m. s. bulliãt in vino: ⁊ cũ stuppa: aut filice balneet' locus: ⁊ lꝫ' i declinatiõe frigida: ⁊ sicca ꝯueniãt: ⁊ etiã calida: ⁊ sicca ꝯueniũt: ⁊ si accidit q̄ mã nõ possit resolui: sꝫ firmet': valet hoc de mẽte Gal. ℞ farine fenugreci aq̃ rosate olei cõis: bulliãt: ⁊ addat' paꝝ croci: ⁊ fiat empl'um. Aliud Gal. ℞ mucilaginis ficuũ: corticis radicũ maluauisci lib. j. farine frumẽti lib. s. misceat' simul: ⁊ fiat empl'uꝫ: ⁊ si nõ apit' de se: apiat' cum sagittella: vel cũ alia medicina apitiua: ⁊ mũdificet' locus cũ vnguẽto apl'oꝝ: ⁊ incarnet' cũ basilicone: ⁊ ꝯsolidet' cũ vnguẽto de minio: cuius hec est ℞ta. ℞ minij ʒ. j. olei de mirto: vel rosati ʒ. ij. misceant' oĩa in cacciola: ⁊ bulliãt ad ignẽ cum paruo: ⁊ lento igne vsqꝫ ad consumptionem olei: ⁊ misci cum spatula: vt induretur: ⁊ fiat vnguentum aliqualiter durũ: hoc fortiter sigillat. Quarta intentio est correctio accidentium: ⁊ maxime doloris: hoc mitigat doloreꝫ in principio: ⁊ in augmẽto: ⁊ remouet malã complexionẽ: ⁊ dilatat poros. ℞ farine ordei vnc. j. malue. m. j. coquantur in aqua cum oleo rosato: ⁊ fiat emplastrũ super locum. Aliud mitigatiuũ doloris. ℞ farine fenugreci: sem. lini foliorum camomille: pinguedinis galline añ vnc. ij. misceantur: ⁊ bulliant: ⁊ postea incorporentur cũ oleo de aneto: ⁊ camomille: ⁊ fiat emplastrum. Aliud ad idem: ℞ olei rosati: ⁊ cum vitellis ouorum misce. Aliud ad idem: ℞ maluam coqueꝫ in aqua: ⁊ misce cum furfure: ⁊ oleo violato: ⁊ bulliant: ⁊ adde parũ croci: quia Auicẽna dicit: q̄ crocus mitigat dolorem. Diascorides dixit. Agrimonia contrita cum assungia: ⁊ applicata: mire dolori subuenit.

¶De antrace: vel carbunculo: que fiunt a sanguine grosso adusto.

DE cura antracis: ⁊ carbunculi: q̄ fiunt ex sanguine grosso adusto: nā antrax ē apostema: paruum: seu borboꝛ fraudolentū: ⁊ venenosum cōburēs: ⁊ corrūpens particulā: cui accidit vlcerando: ⁊ reliquas inflāmando: ⁊ vlterius corrodendo petens antrum. i. absconsum corporis: ⁊ ꝓprie cora ꝓprietate venenositatis: debilitatē opatur: pulsus tremorem: ⁊ syncopim: deinde occidit. Carbūculus autē est spēs eius: sed minoris malitie ꝓpter liquores admixtos obtundētes acuitatē: ⁊ causa eius est sanguis malus: quia adustus ex adustione acquisiuit malitiā: ⁊ grossitiem: ⁊ qn̄q3 citrinitatē: ⁊ viriditatē: ⁊ qn̄q3 nigredinem. Curatio cōplet cum quinq3 rebus: primo cū euacuatione repletionis cōis. s. cum floborbᵃ a principio si ꝯditiones aderint: scđo cum euacuatione materie apostematis cū scarificatione ꝓfunda pp grossitiem: vt trahat extra mā: ⁊ cum cauterizatione vlceris escarosi: ⁊ cauterizabis cum causticis farmacis: sicut ex vitriolo: ex limatura eris adusti: arsenico: calce: ⁊ sandaraca simul mixtis: q2 cōburit simile igni: ⁊ aliquādo cu3 ferro ignito supimmisso: q2 talis cauterizatio trahit materiā venenosam extra: tertio in correctione accidentiū. s. q remittat ⁊ extinguat feruorem: ⁊ ardentē dolorē. Remittit autē cum farmaco dulci qđ fit ex pane clybanaceo: ⁊ vino acetoso: vl arnaglosse succo: vel decocta lenticula cum pane in aceto: ⁊ circa ip̄m cum farina orobi mixta oximelli: ⁊ non sup vlcus: quarto in regimine vite: minuat cibus: ⁊ potus: ⁊ sit ex frigidis: ⁊ humidis parū nutriētibꝰ: vt chist ordei: ⁊ vinū granatoꝝ ⁊ paꝝ dormiat. quinta intētio est in cura vlceris maligni: de qua dr̄ infra. ¶Medicamen efficax in principio antracis: cu3 apparuerit nigrū mortificans ip̄m. ℞ vitellum oui: ⁊ cum sale trito compone: ⁊ pones sup periam: ⁊ ponatur vna post aliā supra apostema: ⁊ sint .12. petie.

¶De spina: vel forunculo: qui fit a sanguine subtili naturali.

DE cura spine. Spina fit a sanguine nāli subtili: qui trāsit ad partes subcutaneas: ⁊ nō remanet in carne. Signa: est doloris acuti pungitiui: ad modum punctionis spine: ⁊ ꝓpterea spina dr̄: sine pulsatione est: ⁊ color rubeus: alij dicunt clauū: aliqui furtū culum. Cura eius est sicut cura flegmonis carnei: sed cum minoribꝰ euacuationibus: q2 loco floborbomie fiat ventosatio in dorso: ⁊ loco farmacie: administret cassia. scđo cum euacuatione materie faciētis pustulam: ⁊ primo in pn̄ᵒ cu3 repellentibus vsq3 ad tertiū diē: ⁊ attrahētibꝰ a remotis: deinde cū resoluētibus. Q2 si nō resoluit: quod raro accidit: maturet: ⁊ si difficulter veniat ad pus: ⁊ caliditas eius est grauis floborboma venā: que imbibit ip̄m: deinde ventosa locum: ⁊ nō agas illud in principio: qm̄ egredietur sanguis humidioꝛ virulentus: ⁊ retinebit grossus: ⁊ fiet vlcus durū: ⁊ cum maturat: ⁊ non aperit: pfora cum medicinis: aut cum ferro: ⁊ de repcussiuis ꝯuenientibus est oleum rosatū cum aceto: ⁊ lacte. Ex resoluētibus ꝯuenientibus est emplastrū de passulis cum melle: ⁊ floribus camomille: ⁊ baurach: ⁊ de maturantibus ꝯueniens est frumentū masticatū: emplastratū: ⁊ ficus: ⁊ passe cum melle: ⁊ silia: ⁊ ex rūpentibus bonū est emplastrū: qđ fit ex semine lini: fimo columbino: ⁊ fermento: tertio cum ordine dicta: quarto cum correctione accidentiū. s. doloris: ⁊ alioꝝ: si op3. Inquit Diascorides fermentum de farina frumenti: quando decoquitur cū sale maturat clauos: ⁊ aperit eos: ⁊ similiter nasturtium emplastratum.

¶De carbone: ⁊ igne persico: qui fit a sanguine subtili adusto.

AStautē carbo: ⁊ ignis psicus de apostematibꝰ paruis: ⁊ venenosis: ad quātitatem lupini: ⁊ fit ex sanguine subtili adusto: sicut qn̄q3 in pestilētia accidit: hoc antecedit pruritus: coloꝛ ē niger: vt carbo: aliqn̄ rubeus: vel citrinus: qn̄q3 viridis: ⁊ qn̄ colera dominat melancolie in tali adustione dr̄ ignis persicus: ⁊ cōburit supficiē: ⁊ corrodit eam: cum vero melancolia dn̄at colere: coloꝛ erit niger ad modū carbonis: ⁊ eius combustio: est ꝓfundioꝛ: ⁊ non tm̄ in cute. Pro cura: est ꝓpinqua cure carbunculi cum euacuatione vl̄i ꝑcedente. s. cum floborbᵃ prout tolerat virtus: ⁊ etas: ⁊ cū euacuatione partis apostemose: ⁊ materie inameate: ⁊ cōplet euacuatio partis apostemose cū scalpellatione ꝓfunda: donec egrediat sanguis malus venenosus: q2 mā est ꝓfunda: deinde cū administratione medicinarū repcutientiū: ne materia venenosa pellat ad interiora: ideo administrat medicamen exsiccatiuū: in quo est infrigidatio: ⁊ resolō cu3 caliditate tempata: qualia sunt: q̄ dicta sunt: vt arnaglossa emplāta: ⁊ galle cū aceto vini decocte: ⁊ lentes cum pane qd furfuris habente: ⁊ cū regimine vite: ⁊ cum correctione accidentiū. Emplm̄ ꝯueniēs: ⁊ efficax. ℞ granata acetosa integra: ⁊ infundantur: ⁊ coquant cum aceto: donec dissoluant: deinde terant: ⁊ ponant sup pannū: ⁊ superponant. ¶Medicina cōueniens in pn̄ᵒ cum nōdum vlceratū est. ℞ accatie: dragganti: opij: corticū granati ana ℥. j. floris eris ℥. j. seminis iusquiami albi ℥. ß. ꝯfice cū vino. ¶Medicamē cōueniēs huic: qn̄ vlceratus est. Trocisci. iiij. ⁊ exdra cum vino dulci: ⁊ rob. Op3 subuenire partibꝰ adiacētibus loco cōbustionis: ne putrefiāt: ⁊ corrūpant cu3 bolo armeno: ⁊ aceto supinunctis. Cum vō qescit inflāmatio: ⁊ remanēt vlcera: curet cum emplō de merda sengi: ⁊ emplastro đ diabutyro: ⁊ nux antiqua vnctuosa est conueniens igni persico in hac hora ⁊c.

¶De pannaritio: qui dicitur male de pino: qui fit a sanguine mixto colere.

PAnnatitius est apostᵃ ex sanguine colerico. s. ex sanguine mixto colere: fit in circuitu vnguiū: ⁊ perducit ad casu3 vnguis: ⁊ qn̄q3 ad corrosionē digiti: est ardēs dolorē inferēs ⁊ pulsans: ex q̄ plurimū accidit febris: ⁊ doloꝛ pertingit vsq3 ad ascellas. Cura eius ꝯsistit quatuoꝛ rebus. primo in euacuatione vl̄i sc3 cum floborbᵃ. scđo in regimine vite ad frigidū: ⁊ humidū. tertio in correctione accidētiū: applicando remedia particularia cū sedātibus dolorē: ⁊ partim cum extinguētibus calorē: ⁊ pulsu3 cū apocrusticis: ⁊ primo in pn̄ᵒ cū submersione digiti in aceto calō: vt iussit Galē. 4ᵒ in maturatione: ⁊ resolutione: ⁊ iđ fiat emplū3 de cāphora: aut de mucilagine psilij cū aceto deinde si expedit pp dolorē cū epithimare sup digito ex aceto: ⁊ opio dissoluto in eo. Q2 si pulsus vehemēs fuerit ꝑdicta medicamina p diē integrū approximētur: deinde aliqđ emplū3 dictū in cura flegmonis administret: donec ad suppurōnē veniat: deinde apiat: ⁊ qđ in eo ptinet: educat ꝓprie cum emplō ex farina lupinoꝝ

lupinoꝝ cum melle: deinde rege cū curātibus vulnera: ⁊ ꝓprie cum aloe: deinde cum vnguēto de cerusa: ⁊ sarcocola: ⁊ superponat̄ pānus madefactus in fine. Emplastrū mirabile: qḋ sanat hoc apostema: vt sepe experti sumus. ℞ succi apij: succi solatri: an̄ vnc. iij. pinguedinis veteris porci: fac bullire ad lentū ignē per quartā partē hore: postea adde cere albe vnc. s. ⁊ remoue ab igne.

¶ De sere: qui est a sanguine mixto flegmati.

Sere pustula parua est lata sicut vesica tēdens ad aliqualē rubedinē: ⁊ feridū pruritū: ⁊ angustiam: ⁊ venit subito ſm plurimū: ⁊ accidit vt currat ex ea humiditas: q̄ forte ē sanguinea: ⁊ eius causa est vapor calidus eleuatus in corpore subito: aut ex sanguine colerico: aut flegmate salso: ⁊ in brachio fit ſm plurimū: ⁊ sanguinea est vehementioris rubedinis: ⁊ caliditatis vehementioris aptionis: ⁊ flegmatica est minor in oībus illis. Cura eius ↄsistit in quatuor rebus. Primo in euacuatione cause an̄tis cū floborhª si sanguis fit vincens: deinde ↄiter cum solutione colere si tolerat virtus. Scḋo ↄsistit in maturatione: ⁊ resolutione cause ↄiuncte approximādo resoluētia tēperata humida: ⁊ saniantia: si expedit. Tertio ↄsistit in regimine vite. s. vt regat̄ cum cibis frigidis: acetosis: ⁊ abstersiuis. Quarto ↄsistit in correctione accidētium: maxime in sedatione inflāmationis cū tamariscis de aqua fructuū: ⁊ de infusione crysomilloꝝ: ⁊ succo duoꝝ granatorū expressoꝝ cum pulpis suis in quātitate lib. s. aut cum succo granati acetosi: ⁊ infusio sumach est ex ijs: que sedant: cum sumūtur in potu ℥. iij. ⁊ detur in sirupo de nuce: in die multotiens: est enim ex ijs que multum conferunt.

¶ De vena egrediendi: q̄ fit a sanguine mixto melic.

Est autē vena apostema sanguinis ex cōmixtione. s. melācolie: ↄtingit enim qn̄qz: vt super aliquā particulā corporis supueniat quidā feruor: qui dicit̄ vesica: vel ampulla: deinde rumpit̄: ⁊ egredit̄ quoddā rubeū decliue ad nigrū: deinde ꝓlongari nō cessat: ⁊ hoc apostema dr̄ vena: ⁊ forsassē est eius motus ↄtinuus sub cute: ac si esset nālis. Extimāt quidā ꝙ sit ramus vili nerui ꝓp vehementiā grossitudinis: ⁊ extensionis: ⁊ plurimū quidē accidit ī cruribus: ⁊ causa eius est sanguis malus melancolicus: aut flegmaticus adustus cū vehemētia siccitatis cōplexiōis. Cura eius ↄsistit in quatuor rebus. primo in abscissione cause materie an̄tis cū floborhª opposite partis: ⁊ cum mundificatione sanguinis cū medicinis ex mirabolanis: epithimo: fumoterre: polipodio educentibus humores adustos. scḋo cū euacuatione materie cōiuncte cum appositione sanguisugarū sup locum: deinde cū repercussiuis frigidis notis: non tn̄ talia frigida sup vlcus ponant̄: sed circa ipsum: ꝙ si nō resoluatur: sanies: deinde aperiat: ⁊ mundificet̄: ⁊ regat̄ cura vlcerū. tertio cum regimine vite tam in dieta administrādo cibos frigidos: ⁊ humectatiuos: q̄z in alijs sex rebus non nālibus corrigendo aerem regionis: in quo accidit: ꝑducendo ipz ad frigidū: ⁊ humidum: ⁊ rectificādo aquas: ⁊ alias res nō nāles. quarto cum correctione accidentium. Cum ergo ampulla rumpitur: ⁊ vena: oportet in die prima vt bibat ℥. s. de aloe: ⁊ secunda die ℥. j. ⁊ tertia die ℥. ij. ⁊ locus eius epithimetur cum aloe: ex hoc enim nocumentum omnino deletur.

¶ De apostemate colerico: ⁊ primo de herysipilla: que est a colera naturali.

Apostema colericū vel fit a colera nāli: ⁊ dicit̄ herysipilla: vl̄ fit a colera adusta ⁊ dr̄ formica. Herysipilla differt a flegmone primo: q2 a flegmone maior fit tumor: ⁊ minor calor: hic econtra maior calor: ⁊ minor tumor. scḋo differunt in mā: quia in flegmone sanguis peccat: in herysipilla vero colera. tertio differūt in loco: q2 flegmon est intus in carne: in musculo: herysipilla vero in cute: q2 subtilitate sua pertransit carnē: ⁊ venit ad cutē: differunt ēt in accidentibus: q2 in flegmone cutis rubea est cū pulsu: in herysipilla vero cutis citrina est sine pulsu. Herysipilla variat̄ dupl̄r: quia vel est sine vlcere: vel cum vlcere: primā herpetē vocat Gal̄. secūdā herpestiomenum. herysipilla est sine pulsu: quia nō est profundo: nec cum arteria. Cura est quatuor res. Prima est abscissio cause an̄tis. Scḋa euacuatio cause ↄiūcte. Tertia ordo regiminis. Quarta correctio accidentium. Primo in euacuatione cause an̄tis ↄuenit herysipilla cum flegmone: simil̄r ↄuenit in infrigidatione: sz differt in quātitate euacuationis: ⁊ infrigidationis: quia in herysipilla maior infrigidatio: ⁊ minor euacuatio sanguinis ↄuenit: ecōtra ī flegmōe maior euacuatio sanguinis: ⁊ minor infrigidatio. Scḋo euacuatio cause cōiuncte. s. partis herysipillate dupl̄r fit: pª per apocrustica. i. per repellētia ad partes alias: 2º per diaforetica. i. resoluētia: quare indiget infrigidantibus: ⁊ repercussiuis fortioribus: q̄z in flegmone: ⁊ vti talibus repercussiuis piculosū esset: nisi ꝓcessisset euacuatio cause an̄tis: nec ēt diaforesis fieri posset: q2 dicit Gal̄. plenū corpus nō recipit qḋ impellit̄: quare premittendū est colagogū sicut in flegmone florothª deinde ad euacuationē partis herysipillate. s. col̄e in cute collecte deueniendū est: ⁊ postea cū repercussiuis fortioribus: q̄z in flegmone: quales sunt lactuce: semꝑuiue: portulace: lēticule: aq̄: mucilaginis psilij: iusquiami: virga pastoris. Emplastrū cū ſbā vel succis hoꝝ: ⁊ cū remanet aliqd grossioris partis: opz diaforeticis vti: qn̄ feruor iam abiuit: qualia sunt tēꝑata in caliditate: ⁊ humiditate: vt ordeacea farina: ⁊ croco: ⁊ plures medicine sunt ad excoriationem: deinde curetur cū eo: in quo est resolu̇o fortis cū infrigidatione: quale est hoc. ℞ lacce veteris aduste nō lote ℥. xv. scorie ferri: plūbi an̄. ℥. viiij. sepi caprini veteris abluti cum aqua ℥. xv. olei mirthi ℥. v. ⁊ vtatur. Aliud lenitiuū leuius illo: ℞ scorie plūbi ℥. x. succi sicle ℥. ij. olei: ⁊ cere quāto sufficit. tertia intētio est ordinatio regiminis ad frigidū: ⁊ humidū. ℞ scorie plumbi in vino pontico bullite: ⁊ misce cū folijs sicle: ⁊ cū eo euaporetur. quarta intentio est curatio accidentiū. s. doloris: ⁊ inflāmationis. Vlcerationis corriges ꝓ desicatiuis: ⁊ emplastrando ordeaceam farinam: ⁊ excoriationem medicabis cum vnguento de cerusa.

¶ De formica: que est colera adusta.

Formica est apostª cutis collectū ex col̄a adusta: incipiēs vna: vel plures cū punctione ad modū ꝓ̄punctionis formice: ⁊ ꝓp hoc formica dr̄: q̄re fit apostª paruū: ⁊ ambulat: ⁊ qn̄qz vlcerat: ⁊ fit vlcꝰ putridū: ⁊ qn̄qz resoluit̄: cū est subtile: ⁊ est vesicās tn̄ separās ⁊ excorians: ⁊ quedā eius est miliaris: eo: ꝙ habz plures paruas similes milij: ⁊ ē spēs formice. Signa sūt: parua est ⁊ citrina cum inflāmatione habens radicē

laram: ⁊ ꝓpter hoc dicitur miliaris. Cura cõsistit in
quatuor rebus: sicut cura herysipille. s. in euacuatio/
ne totius: in euacuatione ptis: ⁊ ī alteratione: ⁊ infri
gidatiõe: regimine vite: ⁊ correctiõe accidẽtiũ. Pri/
ma intẽtio est euacuatio cum colagogo euacuãte co/
leram adustã: qualis est aqua casei. i. serum cũ folicu/
lis sene: ⁊ fumoterre ⁊ similibus cũ additione scamo
nee. Scḋa intẽtio est circa partẽ apostematã admini
strare repellentia dicta in herysipilla: nisi corrosiua:
quia tunc humida nocent: ꝫ frigida sint: sꝫ̄ diafore/
tica: quare opꝫ: vt administres ea: in qbus est stiptici
tas cũ frigiditate: ⁊ caliditate parua: vt est rubꝰ: lin/
gua cans: isolatrũ: lentes: plãtago. Tertia intẽtio in
regimine vite est administrare sauich ordei: corticẽ
granati: ⁊ ramos vitis. Cum vero fuerit corrosio sup
eam: misce cũ infrigidãtibus aliqd mellis: aut farine
thuris cũ aceto: ⁊ aqua: ⁊ stercus ouinũ cum aceto: ⁊
ficus cũ assungia porcina supposita nõ sinit illam di/
latari: cũ vero terminabit̃ corrosio: tunc administra
trociscos andaron cũ vino stiptico: aut cũ aceto com
mixto cũ succo cucumeris asinini: ⁊ sal: ⁊ fel hirci: ⁊
ruta cũ thure: ⁊ piper nigrũ cũ vrina pueroꝝ. Illius
autẽ formice: que pura est: cura: ⁊ destructio est cũ in/
tromissione in balneũ multe aque: qm̃ nocet ei aer:
deinde egrediat̃ velociter ⁊ inungat̃ cũ oleo rosato: ⁊
aqua rosata. Eius vero: q̃ miliaris est: sit̃ is est huic
verũ cum eius colagogo sit virtus farmaci educẽtis
flegma sicut turbith: ⁊ educẽtis melãcoliã: sicut epi/
thimũ: ⁊ sit̃ ia: qm̃ necesse est illic melãcoliã: ⁊ flegma
esse mixta colere ꝑꝑ grossitiẽ eius: deinde sumant̃ gal
le: ⁊ fructus tamarisci: ⁊ cortices ḡnati: ⁊ boli arme/
ni an̄. ⁊ aggregent̃ oĩa cum aceto: ⁊ aqua rosata tali
mixtione: ne mordeant: ⁊ liniant̃ desup cum peria: ⁊
lac dulce vehemẽter conueniens est huic egritudini.
Cũqꝫ transit ꝑn^m tunc curet̃ cum medicinis ex capi
te piscis adusti cũ vino pontico: ⁊ fortius illo est qñ
exsiccatio vltima est necessaria: ⁊ sumant̃ folia alliȷ̃ se
geregi: ⁊ ponant̃ in eis calidis: ⁊ administrent̃: ⁊ for/
tius hoc est: vt sumat̃ flos eris: ⁊ sulphur citrinũ adu
stum: ⁊ fiat ex eis linimentũ cum vino: aut aqua vi/
tis predicta. Aliud Elleboꝝ cuꝫ aceto: ⁊ oleo mixtũ:
⁊ linitum in principio formice: aufert eam.

¶ De apostemate flegmatico quod diuidit̃ in
vndimiam: ⁊ glandulas molles.

APostema flegmaticũ diuidit̃ in duas spẽs. s.
in apostema laxũ: ⁊ glandulas molles ⁊ dr̃nt:
quia glandule sunt separate: ⁊ inuolute in coptorio:
⁊ apostema laxũ est mixtũ: ⁊ non separatũ: ⁊ dr̃ vndi
mia: nodi vero sunt ex flegmate viscoso resoluto sub/
tili: ⁊ apostema flegmaticũ in gñe dr̃ apostema mol/
le. Undimia ḡ est tumor flegmaticus albus: mollis:
frigidus: ⁊ indolorosus: ⁊ sepe ẽt accidit in pedibus pti
sicoꝝ: ⁊ hydropicoꝝ ex totius corporis cachochimia:
⁊ frigida cõplexione: ꝫ talis tumor non fit apostema
de quo hic loqmur: sed illud est synthoma ꝯñs egritu
dines dictas: ⁊ dr̃ cacesia: ſꝫ tumor apostemosus ꝑ se
veniens: ⁊ nõ seq̃ẽs alias egritudines est apostema
molle: siue laxum: de quo est sermo. Causa eius est du
plex: vna interior: ⁊ alia exterior: cã interior est sup/
fluitas humoris flegmatici in ꝑticula aliqua existẽs
corporis: vt neruis: panniculis: ⁊ iuncturis: cã exte/
rior est casus: ꝑcussio: ⁊ sit̃ ia attrahentia flegma ad lo
cum illũ. Cura vndimie: q̃ est synthoma dependet ex

curatiõe morbi: ad quẽ sequit̃: si tñ supercrescat: fiat
fricatio cum oxirodino: aliqñ cum oleo: ⁊ sale: vel sa/
lis cum oxirodino. Curatio vero vndimie apostemo
se cõplet̃ quatuor intẽtionibus: prima ẽ abscissio cau
se añtis: scḋa euacuatio cause ꝯiuncte: tertio regimẽ
vite: ⁊ in dieta maxime quarta est correctio acciden/
tium. Prima intẽtio cõplet̃ cum euacuatiõe flegma
tis ⁊ rectificatione male cõplexionis frigide: ⁊ humi
de: ⁊ ꝯfortatione mẽbroꝝ nutrimenti: ⁊ digõnis: ⁊ fit
hoc cũ enematibus fortibus: ⁊ vomitibꝰ: ac farmacis
flegmagogis: q̃ vera sunt simplicia: ⁊ cõposita: ⁊ cum
sirupis: ⁊ aliȷ̃s antidotis rectificãtibus: ⁊ electuariȷ̃s:
⁊ cerotariȷ̃s. Scḋa intẽtio cõplet̃ cũ repcussiõe in pn^o
siente apostemate cũ eo: qḋ aligat frigiditatẽ: ⁊ sicci/
tatẽ: ⁊ resolõnẽ: quale est spongia noua: vel antiqua:
aut filtrũ: aut peria duplicata: stuppa cũ aqua: ⁊ mo/
dico aceti inũgẽdo: hoc. n. facit sistere passionẽ: vel cũ
quibusdã exsiccãtibꝰ calidis: ⁊ succus mirthe est bo/
nus. Si v̊o sistere nõ fecerit: ſꝫ augeat̃ plus: cũ aceto
miscere opꝫ: cõmensuratũ tñ: ꝙ si ꝑ primas opõnes
nõ iuuet̃: ⁊ egritudo venerit ad statũ: tunc cũ aliquo
resolutiuo oleo spongiã: aut cũ sale: ⁊ nitro: aut cum
lixiuio ex cineribus vitis: vel salicis: vl̃ fici: vel aqua
calcis: q̃ est fortior: ꝯfert applicare eam. Adhuc vero
non debitescere: bonũ est applicare spongiã ꝯfortatã
in aqua aluminis: ⁊ sulphuris vel calcis: vel sulphu/
ris adusti: ⁊ cortex citri cũ aqua caulis est mirabilis:
⁊ opꝫ spongiã spatiosam esse: vt cõprehẽdat totũ apo
stema. Gal. vero in tumore vndimioso cronicãte vn
gebat particulã cũ oleo: deinde supponebat spongiã
ex lixiuio ꝯstringẽs violent̃: vt det passionẽ curatã:
⁊ non adhuc hñs intentionẽ: miscebat virtutẽ diure
ticam: ⁊ incisiuã. Cum apostema est in mẽbro neruo
so spisso: aut ligamẽto: aut corda: miscendũ est cũ me
dicinis ꝑdictis qḋ incidat cũ lenificatiõe: ⁊ de embro
cis ẽ decoctio caulis: ⁊ anetiꝝ decoctio corticũ citri:
⁊ de expertis est inuolui ĩ foliȷ̃s cauliũ rubeoꝝ: ⁊ ipos
assatos comedere. Tertia intẽtio ẽ regimen: qḋ sit ad
siccitatẽ decliue: ⁊ ad caliditatẽ resoluentẽ: quale di/
ctum est cura male cõplexionis frigide: ⁊ humide sto
maci: ⁊ epatis: cacessie. Quarta intẽtio est correctio
accidẽtiũ: maxĩe doloris: si ex cã extrinseca ꝓuenit
cum sup applicatione hysopi humide: ⁊ vini cocti: ⁊
cocturus ex oleis anodinis cũ camomillino: aneti/
no: fenugreco: ⁊ semine lini: ⁊ cũ embrocatione ex vi/
no agro stiptico: ⁊ post illud administratio cũ cinet̃:
⁊ cũ epithimatibꝰ: in qbus sumat̃ liriũ: mirrha: cipe
rum: aloes: crocus: accatia: bolus armenus paꝝ: ⁊ ꝯfi
tiat̃ cuꝫ aceto: ⁊ cum dolor antecesserit: sumat̃ sordes
balnei: ⁊ bibat cum vino: ⁊ aqua: ⁊ inspisset cum cal
ce: que ponatur in ea donec fiat sicut massa mellis: ⁊
liniatur: ⁊ iterum liniẽtur loca cum oleo: ⁊ superpo/
natur spongia: vel lana imbibita in aceto: ⁊ super li/
getur fortiter: ⁊ medicamen de frumento est iuuati/
uum: ⁊ de iȷ̃s: que sunt mirabilis iuuamenti sunt fo/
lia liliȷ̃: ⁊ exprimantur: ⁊ superponãtur: ⁊ similiter
alumen: ⁊ litium cõrrita cum aceto: ⁊ aqua cineris:
⁊ de epithimatibus fortis iuuamenti est stercus vac/
cinum: ⁊ olibanum: ⁊ storax: ⁊ calamus aromaticus:
⁊ vsnee: ⁊ spica: ⁊ absyntibium: ⁊ alia similia.

¶ De glandulis mollibus.

GLandule molles significant apostema flegmati
cum: si vero dure sint signãnt apost^a melãcolicũ

de quibus

de quibus infra dicet̃. Sed opꝫ prius intelligere: ꝙ glandula aliqñ significat mēbrū: aliqñ significat apostema paruū: vt hic. Glādule differunt ab apostematibus: qm̄ glandule sunt separate a mēbro: in ꝗ̄ sunt: ⁊ mobiles. apostemata v̄o sunt affecta ipsius: ⁊ tñ generant̃ p̄ter naturā: ⁊ sunt: sicut auellana: vel nux: ⁊ cum p̄munt̃ separant̃: deinde redeunt: ⁊ qñq₃ nō redeunt: ⁊ qñq₃ post aurē sunt ⁊ ī collo. Causa eaꝝ est supfluitas flegmatica transmissā a circūstātibus mēbris. s. neruis: ⁊ pānicul is. Signa sunt: qñ sunt mobiles: ⁊ molles: ⁊ parui doloris. Cura est due res: prima est mollificare: ⁊ digerere: scd̄a euacuare: ⁊ resoluere: maxīe illius: ꝗ̄ est ī fronte: ⁊ in vola manus. Prima fit cum mollificātibus: ex q̄bus est armoniacū dissolutū in aceto: ⁊ sub lamina plumbea positū: ꝗ̄ supponatur illi: ⁊ ꝯstringat̃: ꝙ si nō recedat: frangat̃: ⁊ preparatur cōpressione: ac supligatione p̄dicte lamine: ꝙ si nō recedat scindat̃ cutis: ⁊ extrahat̃: deinde incisio sanet̃. Et quidā p̄forant ⁊ cum caustico farmaco paulatine corrodunt: ⁊ ꝯsumunt: sed melius est cū incisione: qm̄ vlcus minus efficit: ⁊ cicatrix minor relinquitur. Cura eius: que in collo exit: ⁊ post aurē est cura apostematū glandulosoꝝ: inferius dicenda: ⁊ ex appropriatis ē cinis lumaciarū ꝯfert cū adipe antiqua: ⁊ salita: ⁊ nulla quidē medicina est ei par. Et iterum cinis mustelle p̄mixto eius cerebro cum oleo de lilio: ⁊ antiquat̃: ⁊ detur: ⁊ confert etiam scrophulis. Contingunt quandoq₃ pustule glandulose in membris: ⁊ cura earum est cum compressione predicta.

¶ De sclyro. i. apostemate duro.

Sclyro ē apostema duꝝ: qd̄ fit ex errore medici: non tñ oīo indolorosuꝫ: nisi particule insensibilis fit oīo: vt ꝯcatenatiōes existūt: glādule: ossa: ⁊ cartilaginis: si vero particula sensibilis est: vt corde: nerui: iuncture: ⁊ lacerti: ⁊ silia: tunc durū apostema nō est oīo insensibile: si enī oīo insensibilis esset: tunc cēt oīo insanabilis: sed q₂ est difficile sensibilis: est difficile sanabilis. Est aūt difficile sanabile: q₂ fit ab humore grosso: ⁊ viscoso difficile resolubili a rebus: cū quibus emplat̃: multoties enī ignorās medicus apponēdo a p̄n° apocrustica: vel diaforetica incōpetent̃ vndimioso apostemati reddit apostª durū: vel durius: quia diaforetica partes subtiles resoluūt grosso: ⁊ viscoso remanēte: q₂ nō paulatim euaporatio facta est: sed repente simul exsiccatū est: ꝓpterea in duris apostematibus nihil eoꝝ: ꝗ̄ fortiter calefaciunt: vel desiccant ꝯueniens est: sed ꝗ̄ caliditatē tepidā hn̄t poterē euaporare: vt neq₃ multā: neq₃ oīo minimā: sed sufficientē mollificare: superexcellens enī humidū non oīo diaforat: modicā vero hn̄s humiditatem exsiccat fortius: q̄₃ conueniat. Cura itaq₃ insensibilis est tres res: ꝓprie eius: que est a medio ḡnata. Prima est mūdificatio corporis ab humore flegmatico sanguineo: vel colerico: vel melācolico apto augere egritudinē ⁊ cōpletur cū eis: que nota sunt. Scd̄a intētio est curatio tumoris sclyrotici: complet̃ autē mollificatione: ⁊ resolutione: cōplet̃ autē quādoq₃ ex eisdē simul mixtis farmacis: aliquādo distinctis: simul q̄dem: vt simplicibus: vel cōpositis: diuersis tñ s̄m fortitudinē: ⁊ debilitatē: s̄m diuersitatē infirmi: ⁊ membri: ⁊ naturā simpliciū: vt puta medullis: ex quibus melius est: vt ceruina: ⁊ vitulina: ⁊ de adipibus: de q̄bus inter volucres anserina melior: inter gressibilia asinina: similiter ex rapacibus auibus: vt vulturis: ⁊ falconis: ⁊ ex quadrupedibus syluestribus rapacibus: vt vulpina: lupina: leonina: vrsina: leopardina: ⁊ taurina: caprina vero pinguior est ⁊ siccior: ⁊ magis q̄₃ hircina: ⁊ ꝓpterea ī his dispositionib⁹ ꝯuenientior est. Adhuc autem cū his armeniacū: timiama: bdelium: mastix: storax humida: ⁊ sicca. Mucilagines: vt fenugreci: sem. lini mollificant multū cum resolutione pauca. Composita sunt ex cerotis: electuarijs: in antidario dictis: ⁊ ꝓpterea in neruis: ⁊ catenationibus nil melius mollificātibus: ⁊ diaforizantibus: fit aūt paucū: ⁊ parum: qm̄ neruis nocet. Ordo sit talis p̄mittātur fomentationes ex decoctionibus herbarū: seminū: ⁊ radicū predictarū cum folijs malue: melliloti: ancti: branche vrsine recētis: radice cucumeris asinini cuꝫ oleo antiquo: oleo alcāna: de lilio: de laudano: de storace: de sambuco: de caricis pinguibus: deinde inunctiones cuꝫ p̄dictis adipibus: ⁊ medullis: deinde habeat lapidē marchasitū ignitū: ⁊ supfundat̃ acetū: ⁊ euaporatio fiat supra sclyrosim: deinde applicēt diaforetica simplicia: ⁊ cōposita ex gūmis: ⁊ pinguedinibus. Optimū est armoniacū cuꝫ aceto dissolutū: mollificat sclyrosim: sufficit aūt vti eo s̄m vnū: vel duas dies: ⁊ iterū redire ad mollificātia: quibus factis per plures dies: opꝫ sup apponet̃ sithiā: deinde redire ad armoniacū: vel oppoponacū. Tertia intentio cōplet̃ debito regimine: fit aūt humectatiuū: ⁊ ꝓprie ex radice altee cū adipe decoctis: ⁊ extenuatio: siue exsiccatio sit mixta s̄m t̄pa: varietur autem sic: vt tempore mollificationis: ad humectationē tendat: ⁊ tempere resolutionis ad siccitatem.

¶ De nodis.

De nodis ꝯñter dicēdū: que sunt ex apostematibus sclyrosis duris: ⁊ cā interior est flegmatis grossi: ⁊ viscosi discursus ad aliquā particulā corporis: ⁊ plurimus ad dorsum: ⁊ pedis iuxta iuncturas: ⁊ transit multoties in melācolicū: licet a p̄n° ex flegmate fiat: cuius pars subtilis resoluta est: ⁊ grossa dura remansit: ⁊ qñq₃ est non durū valde: ⁊ ꝓprie cum in curuaturis iuncturaꝝ euenerit: ⁊ qñq₃ accidit: vt videt̃ neruus: ⁊ assimilat̃ nodo: l₃ non sit nodus: ⁊ est dictū a nodo: eo ꝙ nō separat̃ ab oī parte: nec a longitudine: nec a dextra: nec a sinistra: ⁊ quandoq₃ accidit a causa exteriori: vt a percussione: cūq₃ capiat̃ a principio cū strictura supposita resoluit̃: ⁊ deletur: nec redit: ⁊ in ꝓcessu vero opꝫ: vt incidat̃: ⁊ extrahat̃: vel curet̃: vt cancer: ⁊ differt a glandula molli in sui principio ⁊ dura in fine: quoniā glandula est mobilis ⁊ separata a mēbro cū folliculo suo: nodus vero est magis cum eo in mēbro: ⁊ magis durus: neruosus: ⁊ dolorosus: ⁊ cum cōpressione spongie non redit: alia vero non. Cura nodoꝝ similis ē cure glandulaꝝ dicte: Completur cum mollificantibus: ⁊ digerentibus: deinde cum cōpressione forti frangēte: ⁊ cōtrahente lamine plumbe super ipsum: ⁊ vltimo perforatione: ⁊ incisione: ⁊ perforatio fiat cū farmacis causticis: que dicentur infra: ⁊ cum preuisione euaporationis alicuius calidi: ⁊ emplastratiōe cū mollificātibus: deinde auferatur simul cum kisti: ⁊ si nō cum oleo: saltim cum vncinis: ⁊ excorietur: vt nihil de eo remaneat: quoniam redit: si primo aliquid remaneat de eo: ponat̃ emplm̄ causticū: qd̄ melius est. Medicamē bonū ex acutis: ⁊ est Aboaly. ℞ calcis ℥. iiij. fecis vini

adusti ℥.ij. magnetis ℥.j. ferueant in aqua cineris parum: ꝛ ponantur in ampulla de plumbo: ꝛ rotetur super: nec exsiccet. Aliud bonum nodis: ꝛ glandulis similibus. ℞ arsenici rubei: ellebori an̄. ptes.ij. corticum eris ptes.iiij. ꝛ fiat linimentū cum oleo rosato. Emplastrum bonū Rasis: ℞ galbani: bdelij: sorditici vasis apum: ꝛ glutinis albotin an̄. partes equales.

¶ De apostemate ventoso.

Apostema vētosuȝ est tumor inflatiuus mēbri pter naturā eueniēs: ꝛ alius est: q fit a vapore leni facile resolubili: ꝛ alius est: q fit a grosso aggregato in mēbro: ꝛ dr̄ inflatio: ꝛ ē duplex: vna est: q̄ ex ipo spū grosso fit aggregato in vacuitatibus viscerū: vel mēbrorū: vt stomaci: ꝛ intestinorū: vt in colica: ꝛ iliaca: ꝛ dr̄ inflatio: alia est: q̄ ex ipso spū subito: vel paulatim influxo a nutritiuis mēbris ad aliquē locū separāte inter adherētiā suarū ptiguarū partiū: vel eius medio aggregato: sic inter musculos: ꝛ cutē: hec est permixta sbe mēbri: ꝛ dr̄ cacessia. Cura est quatuor res cōes omni inflationi: siue fm viscera: siue fm mēbrum aliqd̄ extiterit: prima est doloris sedatio: q̄ cōpletur cū calidis anodinis: ꝛ ꝓprie cū illis: q̄ virtutē extenuatiuā: ꝛ resolutiuā hn̄t grossi: ꝛ ventosi spūs: qualia sunt ꝓprie calefactoria sicca Hippo.s. ex sale: ꝛ milio pp siccitatē suā: vel ex sale: ꝛ sulphure: ꝛ alia hmōi. Scd̄a est regimen: qd̄ cōplet cum dieta extenuatiua mixtionē hn̄te alicuius resolutiui ventosi spūs: ꝛ cōmouēte ipm: q̄ ex p̄dictis nota est. Tertia est euacuatio ventosi humoris: ꝛ vētositatis: ꝛ a mēbris: ex quibus influit: ꝛ pȝ que sint ista ex dictis supra: quarta est expulsio eius de loco: in quo aggregata est: ꝛ cōplet cū ijs: q̄ calida sunt: ꝛ sicca: qualia sunt ex oleis rutaceū: costinū: de enula: de spica: de piperibus: de castoreo: d̄ terbētina: de lauro. Emplastrū resolutiuū vētositatis intercluse in mēbris cordosis: ꝛ neruosis. ℞ sorditici balnei: q̄ ponat cum aqua in patella calcis non extincte fm quantitatē: qua ꝑueniat spissitudo: sicut lutū: ꝛ liniat cum eo: ꝛ qn̄qȝ fit illud cuȝ vino. Aliud. ℞ hysopi sicce terrat: ꝛ puluerizet sup cerotum factū ex cera: ꝛ oleo anetino: ꝛ emplet. Aliud Gal. ad idem: ℞ certā aquā mixtā fac bullire: ꝛ cola primo: ꝛ fiat pura: rursus mitte in ollā calcē nō extinctam leuē: vt farinā: ꝛ misce donec fiat vnctuosa sba: deinde empla. Aliud ℞ piscis: rasine: terbentine cōfice cū pinguedine leonis: vel tauri. Aliud ℞ glutinis: calcis: fici syluestris: vel cineris eius: ꝯfice cū vino: vel pinguedine leonina. Si vero apostema siue inflatio ex vapore leui fiat: curabit cū leuioribꝰ: ꝛ extenuātibus: quales sunt spongie in aqua aneti: anisi: ꝛ fenniculi: ꝛ carni: ꝛ cum oleis lenibus: quale est anetinum: de semine lini: de squinanto: ꝛ similibus.

De apostemate aquoso.

Apostema aquosum est duplex.s. hydropisis asclytes: ꝛ ramex aquosa. Primū fit cū in mēbro cōcauo intermedio aquositas aggregata existit. Scd̄m fit cū non in vacuo ꝑexistente in corꝑ medio: sed inter sbam mēbri: ꝛ mēbranā copientē ipsam: sicut in epate: ꝛ splene ꝑ anothomiā vidimus fieri ampullas: qbus eruptis aqua egredit: de qbus supra dictū est: ꝛ qn̄qȝ est inter duas tunicas: siue inter duas cutes: aut cū aliquā vesicā plenā aqua in manu: vel pede fieri videmus: sicut erratice in periplemonia cōtingit: vt Hippo. in ꝓnosticis dixit. Cura eius ē due res. Prima est euacuatio: q̄ complet cuȝ ꝑforatione. Scd̄a est curatio ꝑforationis: q̄ cōplet vesice: ꝛ cutis abscissione: deinde ꝯglutinatione: seu cicatrizatione subterioris cutis: qd̄ cum siccātibus fiet: ꝛ ex appropriatis: ꝛ ꝯueniētibus ei est sordities balnei: siue ventosa: siue aquosa sit: ꝛ proprie si cuȝ spongia superponatur: ꝛ expressus emplastrus extenuat ramicem.

¶ De apostemate melancolico.

Apostema melancolicū in gn̄e dr̄ sclyroticū: ꝛ hȝ tria gn̄a: dicit Auic.s. duritiē: cancrum ꝛ glādulas: durities differt a cancro in hoc: q: durities est melācolia nāli: ꝛ est sine dolore: cancer vero est ex mā adusta: ꝛ est cū dolore: ꝛ ē mobilis hn̄s radices.i. branchas: ꝛ in medio figure rotunde est: sed lepra est cancer vlis: sed gn̄a glandularū sunt separata ab eo: in quo sunt. Durities vero: ꝛ glandule differunt: q: glandule separate sunt a mēbro: i q̄ sunt: durities v̄o non: ꝛ sub duritie cōprehendunt scrophule: ꝛ botia.

¶ De duritie.

Durities est apostema factū ex melācolia nāli: ꝛ est sine dolore: vt dictū est. Cura eius cōsistit in tribus. Primo in euacuatiōe totius corporis: vel mēbri ab humore: a quo gn̄onē habuit: q: ab eo posset recipere augmētū: ꝛ illud fiat cū farmaco forti educente flegma grossum: vel melācoliā: vel vtrūqȝ: vel cuȝ pillulis cochijs: ꝛ d̄ hyera ꝑcedēte digōne: vel cū agarico: turbith: ꝛ sena cōfortatis cū gingibere: ꝛ spica. Scd̄a intētio est cū euacuatiōe māe indurate in parte sclyrosa cū mollificātibus: ꝛ resoluētibꝰ simul mixtis: vl̄ alternatim administratis diuersificatis in virtute: potētia: ꝛ q̄litate fm diuersitatē materie i grossitie: ꝛ duritie hȝ magis: ꝛ minus. Et quidē scrophule cū sint glandule rare sbe in supficie posite: euacuatio materiei indurate dupl̄r hȝ fieri: pᵒ cum mollificātibus: ꝛ directicis: si sufficiētes sint: 2ᵒ si non sufficiūt cum incisione facta cū ferro: ꝛ cū putrefaciētibus farmacis educat cum velamine: ne redeāt iterū: nisi fuerint magne: qm̄ ꝑducūt ad vlcerationē: quare expedit: vt cū subtili regimine regulet: ꝛ cū mollificantibus: ꝛ resolutiuis: ꝛ ex appropriatis sunt acetosa emplastra suspēsa ad collū. Tertia intētio est cū regimine subtiliatiuo tēdente ad siccitatē: vitet replōnem: exercitet mane: ꝛ sero an̄ cibū: aer sit calidus: vtatur pane furfuraceo: carnes sint ex volatilibꝰ: ꝛ mōtanis: ꝛ siccis: vitet ꝯstipationē ventris: ꝛ vina fumosa vitet. Emplm̄ Gal. resoluēs duritiem in hebdomada vna: vel tribus diebus: qd̄ ipse narrat in megategni. ℞ sinapis: sem. vrtice: sulphuris: spume marine: aristologie: armoniaci: bdelij: olei antiqui: ꝛ cōis qd̄ sufficit. Item aliud relatū ad Andromacū. ℞ radicū caperorū rad. cauliū: lupini amari: fenugreci: calcis: ꝛ nitri an̄. admisceant cū pinguedine porci: ꝛ oleo antiquo: ꝛ melle. Aliud mirabile: ꝛ ē Nicodemi. ℞ sem. lini: fenugreci resideant in vino: ꝛ addat eis fimi columbini pars media. Item aliud Alkindi ad scrophulas: ꝛ botiū est simplex: qd̄ est. ℞ oximellis squilitici cum aqua morbelle.i. scrophularie: radicum: ꝛ florum genestre: vel seminis eius. Nota: ꝙ sephiros fm Auic. est omne apostema durū: siue fit ex sola melācolia: siue ex solo flegmate: siue ex melācolia mixta cum flegmate. Nota: ꝑ scd̄a intētione adimplenda: ꝙ melancolia: ex quibus fiunt mollificantia: ꝛ resoluētia sunt pinguedines galline: anatis: vulpis lupi: ꝛ leonis:

leonis: vulturis: ꝛ aquile: ꝛ medulle vituli: ꝛ cerui: farina sem. fenugreci: ꝛ sem. lini: ꝛ gũme oppoponaci: galbani: serapini: bdelij: storacis calamite: masticis: laudani: ꝛ huiusmodi: ꝛ ex istis fiat compositio cum oleo camomillino: ꝛ huiusmodi. hec Gordonius.

¶ De cancro.

CAncer ẽ apostema melãcolicũ pauci rumoris: ꝛ diffusi: cuius cã est melia adusta in toto corpore: ꝛ epate: ꝛ venis abũdans ꝓpter nãlez cõplexionẽ eorum: ꝛ regimen malũ in actio lentibus: a carceribus antiquis: ꝛ melãcolicis: pp splenis defectionem non trahentis illã: ꝛ defectũ virtutis expulsiue non expellentis extra corpus: differt a glandulis mollib⁹ fixione cũ mẽbro: differt a duritie: p⁹ in cã: quia melãcolia nãlis est cã duritiei: cãcri vero cã est melãcolia adusta: a qua acredinẽ acqsiuit: ꝛ ꝓpterea ꝓiecta in terrã bullit: sicut acetũ: ꝛ acris odoris: a qua fugiunt musce: ꝛ ꝓinde nõ est getus cancer: sicut durities: sꝫ mobilis: ꝛ corrodendo procedens hꝫ radices infixas vndiqꝫ mẽbro ad modũ branchaꝝ cancri infixarũ: ꝛ in medio est rotunde forme cũ colore nigro cancri: a qua egrediunt vene: sicut brãce cancri: quare dictus est cancer: vt plurimũ mãmillis accidit. Cura alia est anteqꝫ veniat ad vlcerationẽ: ꝛ postquã venerit. Anteqꝫ veniat ad vlcerationẽ cura est duplex regimen. s. vle: ꝛ particulare. Uniuersale est quatuor res scꝫ dieta vlis: euacuatio: ꝛ rectificatio mẽbroꝝ gñantiũ materiã: ꝛ correctio accidẽtiũ. Dieta ad frigidũ: ꝛ humidũ tendat. Euacuatio fit cũ euacuãtibus materiã melicam: p⁹ minorãdo: ꝛ deinde digerẽdo: postea euacuãdo eradicatiue: ꝛ si expedit applica sanguisugas ad hemorrhoidas: vel in muliere ꝓuoca mestrua cum flobotha saphene: vel facies sic flobothõm de basilica dextra: vel sinistra. Tertia intẽtio est cũ rectificatione mẽbroꝝ gñantiũ melãcoliaꝫ. s. alterãdo epar ꝛ ꝯfortãdo: sꝫ ꝛ splenẽ. Quarta intẽtio. s. correctio accidẽtiũ si dolor est fortis: mitiget cũ frigidis repcutiẽtibus: ꝛ repellẽtibus mãm: si nõ fuerit: qđ ꝓhibet: vel cum calidis anodinis mixtis cũ eis. Et si sit calitas in eo vehemẽs: extinguat cũ aqua coriãdri: ꝛ solatri: ꝛ ꝑdictis repcussiuis: ꝛ alijs frigidis interi⁹ sumptis. Regimen ꝑticulare cõprehendit quatuor res. Prima destructio cancri si. poße est: hoc fit duplr. p⁹ cum resoluẽtibus mãm aggregatã in mẽbris ꝓpinquis paratã fluere. scđo fit cũ fortibus infrigidãtibus: ꝛ temperatã caliditatẽ miscẽdo cũ eis: qualia sunt coriandrũ: solatrũ: lẽtes cũ aceto: succus plãtaginis: ꝛ filia. Alienent q̃ debilis virtutis sunt: ꝛ q̃ mordicationeꝫ faciũt: ꝛ medicine ꝯueniẽtes sunt minerales ablute: vt tutia abluta mixta cũ aqua rosata. Alia ẽ incisio ipsius: vbi resolo non suffecerit: ꝛ ꝑcipue cũ fuerit in aliquo extremorum: vt pes: manus mamille apte incisioni: ꝛ opꝫ: vt incisio fiat magna: vt ex toto abscindat particula: in qua est cancer: ꝛ qđ est in circuitu eius extremis circũdãtibus ipm: ita vt nihil eius remaneat: ꝛ currat postea sanguis plrimus: ꝛ forte post incisionẽ indigebit cauterio cũ igne: qm̃ resoluit reliquias materie male: ꝛ ꝯfortat mẽbrũ: ꝛ retinet omo rosagiã. ꝛ q̃buscũqꝫ cancer absconditũ fuerit: nõ curari melius est: qꝛ curati citius ꝑeunt: ꝛ opꝫ vt rectificent cum administratione mundificãtiũ sanguinẽ: qualis est aqua lactis. i. serũ: ꝛ cũ dieta ciboꝝ ad frigidũ: ꝛ humidũ. Scđa intẽtio est ꝓhibeř additionẽ: hoc fit cum duabus rebus: prima cũ repcussiuis: ꝛ cũ mineralibus maxime: ꝛ scđa est cũ ꝯfortãtib⁹ mẽbrũ: tertia intẽtio est ꝓhibitio vlcerationis: qm̃ ꝓpter caliditatẽ: ꝛ pulsationẽ apparẽtẽ timet vlceratio in ea: quare ꝓhibẽtia caliditatẽ tam ex medicinis: qꝫ ex cibis sunt ꝯueniẽtia: ꝛ ꝓhibitio somni: ꝛ de appropriatis magni iuuamẽti est emplꝫ 𝔡 cancris fluuialib⁹: ꝛ ꝓprie cũ clymia. Unguentũ ad cancrũ Thome de garbo. ℞ ceruse vnc. ß. camphore ʒ. ij. plũbi vsti ʒ. j. abluant iste res cũ aqua rosata quatuor vicibus: addẽ boli armeni ʒ. ß. succi semꝑuiue: olei rosati: ꝛ cere qđ sufficit: ꝛ fiat vnguentũ. quarta intẽtio est cũ duabus rebus: aut cũ infusione pãni linei in succo solatri sup ipm vlcus: ꝛ cũ exsiccat iterũ infundat desuper aqua ꝑdicta: si nõ sit apta incisio mẽbri: ꝛ si est apta: regat: vt supra dictũ est: emplꝫ ꝯueniẽs ad illud. ℞ medulle tritici: ꝛ olibani: ꝛ ceruse 𝔡 plumbo añ ʒ. j. terř sigillate: boli armeni: aloes abluti añ ʒ. iij. aggregent: ꝛ pulu̇erizent: ꝛ misceant cũ oleo rosato: ꝛ si administrat ei equale de clymia: melius erit. Medicamen ad idẽ. ℞ tutie ablute cũ aqua portulace: ꝛ mucilaginis psilij: ꝛ emplastret. Melagagum solutiuũ vtriusqꝫ melãcolie ꝯueniẽs cãcro. ℞ epithimi: fumiterre: sene añ. auꝝ. iiij. puluerizent in aqua lactis: aut mellis: mittat: ꝛ sumat plurib⁹ vicibus. Contra cancruꝫ oris: puluerizet cristallũ: ꝛ fricet cũ illo puluere: deinde proiciat de eo in ore vsqꝫ ad. 10. dies: ꝛ liberabit: expertũ est. Itẽ ablutio cũ vrina mũdificat: ꝛ ꝯsolidat: expertũ est.

De glandulis duris.

GLandule dure sunt apost⁹ melãcolica separata a mẽbro: i quo sunt: ꝛ sunt mobiles: ꝛ sunt sicut auellana: vel nux: ꝛ cum ꝑmunt: separant: deinde redeũt: differũt a nodis: qꝛ nodi nõ separant ex ol parte a mẽbro: nec in longitudine: nec a dextra: nec a sinistra. Cura cõprehendit tres res: siue intentiones. s. mũdificationẽ corporis: maxie ab humore melãcolico: scđo curationẽ: ꝛ dissolonẽ ipsarũ: tertio debitũ regimen. Prima intẽtio cõplet cũ ꝑmissione digõnis: deinde purgationis humoris melãcolici: digõ fit sic: ℞ sirupi de fumoterre: sirupi de pomis Sabor regis: oximellis simplicis añ vnc. ß. aque fumiterre: aque epithimi: aque buglosse añ vnc. j. misce ꝑ vna vice: ꝛ capiat septẽ vicibus. Purgatio põt fieri in pillulis sic. ℞ pillulaꝝ de lapide lazuli ʒ. j. reforment qnqꝫ pillule cũ aqua fumiterre. Purgatio in potione sic fieri põt: ℞ diasene vnc. j. pulueris sene ʒ. j. cõfectionis hamech ʒ. j. distempet cũ decoctione cordiali: ꝛ recẽti. Scđa intẽtio cõplet cũ mollificãtibus: ꝛ resoluẽtib⁹: ꝛ põt fieri duplr: aut illis mixtis simul. s. mollificãtib⁹: ꝛ resoluẽtib⁹ ꝛ in ꝑn⁹ plus 𝔡 mollificãtib⁹ dꝫ esse: i ꝓcessu min⁹: aut separati põt fieri mollificatio: ꝛ resolo. s. ꝑrim mollificare. s. aliqb⁹ dieb⁹: ꝛ ꝑrim resoluere. s. in alijs dieb⁹. Mollificãtia ex herbis maxime sunt altea. i. maluauiscus: malua: viole: mercurialis. Itẽ magis mollificãtia sunt mucilagines oẽs: ꝛ medulle: ꝛ pinguedines. Resoluẽtia vo sunt: q̃ calia ꝛ sicca. Anodina tempate resoluentia sunt: vt camomilla: mellilotũ: anetũ. Maxime resoluẽtia sunt gũme: armoniacũ: oppoponacũ: bdeliũ: galbanũ laudanum: ꝛ storax: olea ẽt resolutiua sunt: sicut oleũ antiquum: qđ sapit virtutẽ balsami: oleũ de lilio: oleum de alkanna: de sambuco: de spico: 𝔡 ruta: ꝛ huiusmodi ex his epithimata: ꝛ empla cõponi psũt. ℞ farine fe-

nugreci: farine sem. lini añ vnc. j. mucilaginis psilij: ⁊ fenugreci añ vnc. ς. medulle vituli: piguedinis anatis añ ʒ. ij. olei liliorum quãtũ sufficit ad incorporãdũ. Ad idem armoniacũ dissolutũ in aceto: ⁊ emplastruz optimũ est: similiter oppoponacũ: ⁊ galbanũ: ⁊ alie gũme faciũt idez. Ultimo capiatur lapis marchasite ignitus: ⁊ supfundatur acetũ: vt euaporet: ⁊ fiat talis euaporatio sup glandulas: miraculũ faciet. Tertia intẽtio est regimen vite: qd̾ dz declinare ad humidũ: ⁊ maxime comedat fercula bullita i brodio: vel pulli: vel hedi: vel castrati: vel vituli: ⁊ bibat vinum pauciferum bene lymphatum.

¶ De lepra.

Cum lepra sit cancer vlis: vt inqt Gal. ⁊ Auic. consequẽter post determinationẽ de cancro: restat determinare de lepra. Est aũt lepra: vt inqt Gal. sexto de morbo error ṽtutis assimilatiue i carne. i. infectio carnis pueniẽs ex defectu ṽtutis assimilatiue: sicut morphea est infectio cutis pueniẽs ex errore eiusdem virtutis assimilatiue: vnde qñ virtus digestiua errat in disseminãdo causatur ethica: ⁊ qñ errat in assimilãdo causatur lepra: ⁊ qñ errat in vniẽdo causatur hydropisis: hec Gal. in de virtutibus nãlibus. Mala ergo cõplexio frigida: ⁊ sicca in carne: q̃ nõ gñat carnem bonã est cã illius: ⁊ est morbus ꝯsimilis: ⁊ offitialis ꝓpter corruptionẽ figure: immo corruptio forme: ⁊ figure est sua dr̃ia: est morbus cõis: qr soluit ꝯtinuũ. Cause causarum: alia ẽ intrinseca: ⁊ alia est extrinseca: intrinseca alia ẽ cã imediata hui⁹ morbi: alia mediata cã imediata interior est: colera rubea adusta cũ sanguine multiplicata in venis: effusaqz ad vniuersum corpus: ⁊ subcutaneas partes. cã vero mediata effectiua multiplicatiua talis colere in venis est mala complexio cala: ⁊ sicca epatis gñans hos humores calos adurentes sanguinem: ⁊ alios humores nãles: siue sit hoc ex hereditate: siue ex defectu genito tpe mestruationis: siue ex infectione: siue acqsita ex tpe ex malo regimine. s. ex malis cibis melãcolicis: ⁊ colericis simul: ⁊ ꝓprie ex piscibus: ⁊ lacte: vel ex aere corrupto: vt tpe pestis: vel ex ꝯtagiõe ex vapore resoluto ex corpore leproso p infectionẽ. Addit ad hec õbilitas splenis nõ trahentis humorẽ melãcolicuz: nec ẽt purgatur p hemorrhoidas: ⁊ si putresieret: fieret febris melãcolica: ⁊ si non põt regulari: qñqz pellitur ad aliqd̾ membrum: ⁊ facit cancrũ: si fuerit humor grossus: ⁊ si subtilis facit herperẽ. i. herysipilã sine vlcere: si vero ad cutim pellatur: facit albaras: ⁊ morpheã nigraz. Circa dicta cadit difficultas: qr dictũ est: q̔ mala cõplexio calida: ⁊ sicca epatis gñans sanguinẽ adustũ est causa huius egritudinis. In ꝯtrariũ videtur esse Auic. qui dicit: q̔ cause huius egritudinis faciunt acqrere sanguinẽ frigus: ⁊ subdit. Et prefocatur calor innatus: ⁊ infrigidatur sanguis: ⁊ ingrossatur: ⁊ ꝓprie qñ splen oppilatur: quare fit mala cõplexo frigida: ⁊ Gordonius dicit: q̔ hec egritudo põt fieri a cã calida: ⁊ frigida. Rñdendo dr̃ cõiter: q̔ põt fieri a causa extrinseca frigida: ⁊ calida: de frigida pz: quia fit hec egritudo ex piscibus: ⁊ lacte: de calida pz: quia ex cibis fit inflãmãtibus sanguinẽ: sed cã intrinseca est semp calida: cuius signũ: qr curatur cum frigidis: ⁊ humidis: vt dicit Franciscus de Pedemontiũ. Ad Auic. dicũt: q̔ licet sanguis infrigidetur: ⁊ ingrossetur: tamen pp continuã gñationẽ colere aduste trãsmisse i vniuersuz corpus: semp remanet cõplexio totius calida. Uel aliter põt dici: q̔ licet cõplexio epatis semp sit calida tñ cõplexio totius nõ semp calida est: qr in ꝓcessu fit frigida: quare aliter in pn̄o curari dz: ⁊ aliter in ꝓcessu: ⁊ immo in ꝓcessu non põt curari: cum facta est mala cõplexio totius frigida: ⁊ sicca. Uel aliter dr̃: q̔ in aliqua spẽ est mala cõplexio calida: ⁊ sicca: ⁊ in alia mala cõplexio frigida: ⁊ sicca.

¶ Signa.

Signa lepre in triplici dr̃ia: aliqua sunt signa inceptionis. s. qñ est principio. s. in fieri: cũ est color faciei rubeus vergens ad nigredinẽ: capilli incipiũt subtiliari: ⁊ ꝑuicari: anhelitus immutatur: ⁊ vox aliqualiter raucescit: sudor: ⁊ anhelitus declinat ad fetorem: in sumno somniat terribilia: ⁊ sentit grauedinem supra corpus: ⁊ in qbusdã apparet scabies: siue morphea p totũ corpus: his apparẽtib⁹ dũmodo non corrumpatur forma: ⁊ figura nõ est adhuc separandus ab alijs. Signa iam facte ⁊ q̔ dz separari: sunt color faciei lucidus vergẽs ad fuscedinẽ mortificatã: casus capillorum: depilatio supciliorum: ⁊ grossities eorum: rotũditas oculorum cum fixo intuitu: ⁊ terribili aspectu: dilatatio nariũ exterius: ⁊ constrictio interius: difficultas anhelitus: vt quasi cũ naribus loquatur: gracilitas ⁊ ꝯtractio pulparũ auriũ: consumptio musculorum: qui sunt inter policẽ: ⁊ indicẽ: extremitatũ isensibilitas: ⁊ fixura: infectiones cutis. cũ ista signa fuerint: separandus est ab alijs. Signa naufragij. i. q̔ appropinquat ad nõ esse: sunt corrosio cartilaginis nariũ: fixura pedũ: ⁊ manuũ grossities labiorum: disnia: vox raucagulosa catuli: terribilis aspect⁹ faciei. Si fuerit lepra ex adustione sanguinis: color faciei vergit ad rubedinez obscurã: si ex colere adustione: oĩa vergunt ad citrinitatẽ nigrã cũ puncturis: si ex flegmatis adustione: oĩa tendũt ab albedinẽ obscuram: si ex melia oĩa vergũt ad nigredinẽ: si ex sanguine fuerit vocatur allopitia: si ex cola: leonina: si ex flegmate tyria: si ex melia elephãtia. Curatio huius egritudinis cõpletur cum quatuor intẽtionib⁹. Prima intẽtio est purgare materiã: hec aũt mã aliqñ est sanguis peccãs in quãto: ⁊ tunc ꝯuenit flobothª: ⁊ magis secura ẽ ex venis paruis: vt saluatella: vel ex hemorrhoidib⁹ cũ sãguisugis: aut sanguis peccat in q̃li. s. qñ peccat humor mixtus sanguini: ⁊ fiat minor flobothª: aut peccat alius humor sine sanguine: ⁊ tunc p⁹ ꝯuenit digõt ℞ sirupi de epithimo vnc. j. sirupi de fumoterre vnc. ς. aque tamarisci sparagorum: ⁊ squinãti: vel decoctionis eorum añ vnc. iij. Post digõnẽ detur farmacũ: vel pillularum de fumoterre ʒ. j. vel in potione: ℞ diasene vnc. j. puluerís sene ʒ. j. ꝯfectionis hamech ʒ. j. spici ℈. j. distẽperentur oĩa cũ decoctiõe recẽti: ⁊ cordiali. Scd̾a intẽtio est remouere malã cõplexionẽ siccaz: aliqñ iunctam caliditati: vt in leonina: ⁊ alopitia: aliqñ iunctaz frigiditati: vt in tyria: ⁊ elephantia. Remouetur cũ quatuor rebus. Primo cũ acceptione iuris serpẽtis octo diebus: ⁊ sit serpens niger ex loco sicco: abscisso capite: ⁊ cauda p quatuor digitos: ⁊ abiectis intestinis: ⁊ bñ coquatur cũ sale: ⁊ aneto. Scd̾o cũ acceptione iuris pulli singulo mane: quia nihil melius. Tertio cũ balneo in quo bullierint anodina: ⁊ fumusterre: ⁊ scabiosa: ⁊ lupulus: singulo mane intret balneuz: ⁊ in exitu vngat totum corpus cuz hoc vnguẽto: ℞ olei iesumini vnc. ij. aceti vnc. j. galle: mirabolanorum indorũ añ ʒ. ij. bulliat simul: ⁊ cum hoc inungat totuz corpus. Quarto post exitũ a balneo detur tyriace ʒ. j. cũ vino

Curatio

decoctionis

decoctionis fumiterre. 3ª intentio est correctio accidē tium: sunt hic tria accñtia maxime corrigenda: pmū sunt nodositates remouende: que incidendo remoueri pñt: aut cum cauterio potētiali: pº modo cū rasorio: ⁊ tunc sanguis ille colligendus est: ⁊ miscēdus cū litergirio: ⁊ sic emplastret locus per tres dies: postea inunge locū cū hoc vnguēto. ℞ vnguēti citrini: vnguenti fusci: vnguēti ad scabiem: litargirij añ. vnc. ij. misce: ⁊ oīa loca vngant: prius illis lotis cū aqua furfuris. si vero cum cauterio remoueant: pone cauteriū in capsa cerea: ⁊ applica loco: ne noceat locis vicinis: scdm sunt nares oppilate: ad quas fiat tenta missa in vnguēto citrino: ⁊ aspergat puluere litargirij: aristologie rotunde: ⁊ tartari: aut fiat stuellus de aurea alexandrina: ⁊ abluant nares quotidie cū vino tepido trahendo p nares. 3^{m} accñs corrigēdū est depilatio superciliorū: scarificent supercilia: ⁊ sanguisuge apponant: deinde cum isto oleo vngant. ℞ capillorū veneris recentiū: spice nardi: laudani: bulliant oīa in oleo laurino: ⁊ vngant supercilia: vel fiat tale vnguentū. ℞ talpam ꝯbustā: cortices auelanarū: nuciū: ⁊ castanearū: apes: ⁊ muscas: cōburant: ⁊ tunc. ℞ capil. veneris recentium: spice nardi: laudani: bulliant oīa in oleo laurino: ⁊ addat cera: ⁊ fiat vnguentū ⁊ post scarificationē supercilia inungant. 4ª intentio est regimen vite: ⁊ hoc ſm Franciscū de pedemontiū dꝫ declinare vſr ad frigidū: ⁊ humidū: ſꝫ Gordoniū aliqñ ad frigidū: aliqñ ad calidum scdꝫ diuersas spēs. Aer eligatur in actiuis temperatus: ⁊ in passiuis decliner ad humidū. Cibus ad humidum: ⁊ vitet res frigidas melicas: ⁊ res calidas incēsiuas: vitet oēs carnes syluestres: ⁊ pisces preter petrosos: vitet oēs fructus: ⁊ cibos ex pasta: ⁊ olera: preter boraginē: bletam: spinachia: petrosillūꝫ: ⁊ sparagos: ⁊ qñ anhelitus est valde difficilis pōt vti lacte: ⁊ vinū sit album. In motu vitet nimiū laborem: ⁊ tēperato vtat exercitio. In somno vitet nimiū somnum. In inanitione: pūideat purgare superfluitates singulo die: ⁊ caueat oīa acuta. In accñtibus aīe: caueat ab ira: ⁊ tristitia. Inquit Gordonius nullus paratus ad lepram: incurret leprā si per totū annūꝫ sumat singulo mane coclear vnū epythimi cū sero caprino. Inqt Serapio: dixit mihi fidelis: ꝙ fuit quedā mulier supra quā apparuit lepra: ⁊ datū fuit ei ꝺ decoctione tamarisci cū passulis sepe: ⁊ curata ē: ⁊ nos expti sumus in alia muliere: ⁊ curata est.

Finis de febribus ⁊ de diebus creticis: ⁊ de apostemātibus.

Scōa pars practice de qualitate operandi in particulari circa particulares egritudines a capite vsqꝫ ad pedes.

De egritudinibus capitis tractando: cum tales fiant in capite: vel in ptibus eius: ideo opꝫ prius intelligere ptes capitis: ptes aūt capitis quedā sunt extrinsece: ⁊ quedā intrinsece: extrinsece sunt cutis: ⁊ panniculus: qui dr̄ gingia mater: vel almucharim: ⁊ craneū: intrinsece vero sunt panniculi .s. dura mater: ⁊ pia mater: ⁊ tres ventriculi totaꝫ sbām cerebri cōtinentes: in pº ventriculo ſm Auic. est sensus cōis: ⁊ fantasia: sensus cōis cognoscit sensibilia oīa sensuū exteriorū: ⁊ inter ea drām ponit: fantasia vero reseruat spēs ⁊ non cognoscit: in 2º ventriculo est imaginatiua: siue cogitatiua: ⁊ extimatiua: ⁊ dicitur imaginatiua si extimatiua ei imperat: ⁊ dicitur cogitatiua: si rōnalis ei imperat: imaginatiua componit species adinuicē: extimatiua elicit spēs insensatas a sensatis: ⁊ memoratiua reseruat oēs spēs. Pia mater cooperit primū ventriculum: ⁊ 2^{m} simul: 3^{m} vero ventriculūꝫ scorsūꝫ cooperit. In fine pmi ventriculi ē foramen: qd dicit lacuna: siue colatoriūꝫ: per qd se expurgat scdꝫ ventriculus: qr primus 2^{m} maiorē partē se expurgat p nares: in medio tertij ventriculi: est aliud foramen: p quod applicant oēs nerui cerebro: a pº ventriculo ad 3^{m} est meatus quidā: per quē transeunt spūs: qui aperit: ⁊ claudit mediante quodā: quod est velut vermis de sbā cerebri in modū duarū ancharū: qui cūꝫ dilatat se extendit: ⁊ claudit anchas: ⁊ ꝓhibet transitum spūum: ⁊ specierū ad aliū ventriculum: ⁊ cūꝫ se ꝯstringit: aperiunt anche: ⁊ fit transitus spūūꝫ: ⁊ specierū: a pº ventriculo oriunt septē paria neruorū ſm Mundinū: qui dant sensum: ⁊ motū sensibus: dixi ſꝫ Mundinū: qr ſm Gal. aliqui istorū oriunt a puppi: vt septimū par: a puppi etiā oriunt nerui q dant sensum: ⁊ motū toti corpori: pᵐ par neruorū sunt duo nerui obtici venientes ad oculos: qui dant visum oculis mediantibus spiritibus visiuis: ques deferunt ad illos. 2^{m} par neruorū vadit etiā ad oculos ad dandum motum illis. 3^{m} par sunt duo nerui: quorū vnus vadit ad nares ad dandum odoratū illis: alius vadit ad faciem ad dandū motum lacertis faciei. 4^{m} par vadit ad stomacū: ⁊ intestina ad dandum sensum illis: ⁊ ex his veniunt nerui reuersiui ad guttur ad ꝯstituendū instrumentū vocis: quod est epiglotum. 5^{m} par vadit ad aures .s. ad os petrosum ad dandū auditū. 6^{m} par vadit ad guttur ad dandū motū lacertis gutturis: q mouent epiglotū: quod est instrumentū vocis. 7^{m} par vadit ad linguā ad dandum sensum: ⁊ motū lingue: ⁊ isti sunt nerui loquele: ſꝫ nerui sexti paris sunt nerui vocis. His premissis opꝫ intelligere: ꝙ quedā sunt egritudines ꝓprie partibus capitis: ⁊ quedā sunt communes partibus: ⁊ toti: sicut dolor: qm̄ pōt inesse toti capiti: ⁊ ptibus: sed qñ inest toti capiti dicit a Gal. cephalea: ⁊ galea: ab Auic. soda: omnium: qñ vero inest medietati dicit emigranea: ⁊ qñ inest quarte parti: dicit monopagia: ⁊ qñ inest pticule dicit clauus: sicut ꝯtingit qñqꝫ in supercilio: eo ꝙ quasi clauus pforans videat: pendet enī a mā acuta cum portione venenositatis: prius de egritudinibus cōibus dicendum est.

De egritudine comuni capitis: que dicitur dolor.

Dolor capitis est actio corrupta virtutis sensitiue capitis: naꝫ virtus sensitiua tripſr ledi pōt scꝫ diminute: ablate: ⁊ corrupte: cause vero ē tuus aliquando sunt extrinsece: que dicunt cāe primitiue .s. sex res nō nāles: aer: cibus: ⁊ potus: motus: ⁊ quies: somnus: ⁊ vigilia: inanitio: ⁊ retentio: ⁊ accñtia aīe: casus: ⁊ pcussio reducunt ad motū: ⁊ coitus reducit ad inanitionē: vel ad accñtia animi 2^{m} alios: aliquādo vero cāe sunt intrinsece .s. quatuor humores: ⁊ vētositates: siue vapores. si sanguis ē in cā: signū est inflammatio: ⁊ rubedo in facie: ⁊ dolor pulsatiuus: si cā est mā colerica: signū est inflammatio acuta: ⁊ citrinitas oculorū: vel subrubedo: ⁊ dolor pungitiuus: si mā est flegmatica signū huius est: qr percipit frigiditas cum humiditate: ideo dolor est in occipitio: ⁊ extensiuus: si mā est melica percipit frigiditas cum siccitate: ⁊ ideo dolor ē grauatiuus: ⁊ magis in sinistra pte: ⁊ cūꝫ tristitia: ⁊ color faciei niger est. Nota ſm Auic. quarta fen. pmi capº penultº. Curatio doloris tripſr

fit aut cum remotione cause: aut cū anodinis leuiter alterantibus cōplexionē: aut cum opiatis: ⁊ hoc vltᵐ est suspectū valde: ideo Mesue dicit. Cōpingere: ⁊ stupefacere sit vltᵐ ad quod inniti debes: ⁊ ꝓprie cū cetera nō contulerint: ⁊ nota: ꝙ opiatū dicit͛ suspectū intrinsecus administratū: sꝫ extrinsecus nō: ideo pōt administrari hoc extrinsecus. ℞ tyriace vnius anni vnč. j. trociscoꝝ stelle ʒ. j. farine fenugreci vnč. ij. misce cū oleo: ⁊ fiat emplꝛ̄: ⁊ ponas supra optimū est: a nobis sepe expertū. Ad emigraneā: que sepe molestabat. ℞ mellis rosati colati duo coclearia singulo mane ⁊ sero dent͛. Curatio: si fiat a cā extrinseca: vel calida: vt a sole curatio est solum cū alterantibus frigidis: si nō sit grauedo capitis: qꝛ tunc est signum mãei: que indigeret euacuatione: remediū pᵐ ⁊ cōe. ℞ olei rosati aque rosate añ. in vnč. ij. aceti vnč. j. intinge pecias: ⁊ pone super locum dolorosum: ⁊ si vis fortius facere. ℞ succum nenufaris: vel semperuiue: ⁊ misce cum oleo rosato ⁊ appone loco: pōt etiã fieri fomentatio ex folijs nenufaris: ⁊ semperuiue: ⁊ floribꝰ camomille bullitis in aqua ordei: vltᵐ est tyriaca noua quatuor mensiū emplāta supra cū oleo rosato. Si vero fiat dolor a cā extrinseca frigida sine grauedine capitis: alteratio sola sufficit: ⁊ iō pᵐo fiant anodina: aut p viam fomenti: vel empli. s. ex floribꝰ cãmomille: melliloti: aneti: fenugreci cū oleo cãmomillino: vel lilioꝝ: ⁊ si nō sufficit empla tyriacã distemperatã cū oleo rosato: ⁊ si vis fortius. ℞ succi rute vnč. iiij. castorei vnč. ij. misce: ⁊ calefacias: ⁊ empla: vltᵒ fiat medicamen sumptū a muliere: quod recitat Auic. in emigranea. ℞ cucumeris asinini: ⁊ absynthij añ. m. ij. bulliant in aqua: ⁊ oleo quousqꝫ dissoluant͛: ⁊ cola: ⁊ cum colatura fomenta locū cum spongia: ⁊ cū fece illarum herbarū empla postea locū: hoc reperi efficacissimum: ⁊ in oībus doloribus laudant͛ clysteria: ⁊ dieta subtilis sine carnibus: ⁊ maxime de sero. Si vero dolor fiat a cã intrinseca: aut est p essentiã in capite: aut per cōitatē: si per cōitatē: vel a stomaco: vel a toto: si a stomaco: da repressiuū vapoꝝ stomaci. s. vel vt bibat parum vini granatoꝝ cum aqua cocta zuccarata: vel bucellam panis intinctã in tali vino capiat: si a toto: prohibe vapores ascendere: intinge peciã in aqua rosata ⁊ oleo rosato añ. vnč. ij. aceti: vnč. j. ⁊ pone circa guttur: ⁊ circa tēpora. Si vero p essentiã sit dolor: aut est mã sanguinea: ⁊ tunc premisso clysteri fiat flobothª de cephalica eiusdē partis: postea altere͛ locus cū oleo rosato ⁊ quarta parte aceti: ⁊ si opꝰ est postea purget͛ dando sirupum pᵒ violarū: ⁊ sirupū de nenufare cum aqua lupuloꝝ: ⁊ fumiterre: deinde medicinã ex cassia: ⁊ tamarindis añ. vnč. j. distēperatã cū decoctione fructuū: postea si opus est infrigida magis cū fomentis: ⁊ emplis: si vero mã est colerica pᵐo digeras mãm. ℞ sirupi acetosi simplicis sirupi de endiuia: mellis rosati colati añ. vnč. ß. aquarū lupuloꝝ: ⁊ buglosse añ. vnč. j. ß. deinde digesta mã da medicinã. ℞ pulpe cassie: ⁊ tamarindoꝝ añ. vnč. j. electuarij de spilio. ʒ. ij. distēpera cum decoctione fructuū: vel da. ʒ. j. pillularū sine quibus: postea fac fomenta frigida dicta: vel empla: ⁊ nota: ꝙ in causa calida plurimū cōfert tyriaca noua quatuor mensium distēperata cū oleo rosato onfangino: ⁊ emplata super loco dolente: si vero mã est frigida: ⁊ flegmatica digesta prius mã cū oximelle simplici ⁊ sirupo de sticados: ⁊ aqua fenniculi: ⁊ saluie: da. ʒ. j. pillularum cochiarū: vel da diacatoliconis vnč. ß. trociscoꝝ de agarico. ʒ. j. diafiniconis. ʒ. j. ⁊ distēpera cum decoctione fructuū addendo anisum: fenniculum: ⁊ sticcados: postea fac emplꝛ̄um Reinaldi ex succo rute ⁊ castoreo: vel semen rute: ⁊ castoreū bulliant in vino: ⁊ oleo: ⁊ cū spongia fiat fomentū: vltᵒ recurre ad medicamen mulieris factū ex cucumere asinino ⁊ absynthio. Si mã est frigida: ⁊ melica: pᵒ digeras mãm cū sirupo de fumoterre ⁊ sirupo de pomo Sabor regis cum aqua buglosse: ⁊ melisse: deinde da medicinam. ℞ pulueris sene. ʒ. ij. ꝯfectionis hamech. ʒ. j. diacatholicō. vnč. ß. distēpera cū decoctione fructuū addēdo aliquid de epythimo: ⁊ passulis: ⁊ liquiritia: postea applica remedia localia capitis vel purga cū pillulis indis. ʒ. j. post purgationē p duos dies da methridatū. s. ʒ. j. cum vino decoctionis calamēti: ⁊ fac fomentū cum aqua decoctionis sansuci: pulegij: rorismarini: floꝝ camomille ⁊ lauri: odorifera naribꝰ apponant͛: ⁊ silia. Accidit qñqꝫ dolor a mã cōicata panniculis intrinsecis cerebri. s. pie matri: vel dure matri: cuius signū: qꝛ dolor cōicat͛ in originibus oculoꝝ: ⁊ p directū: si mã in pia matre est: ⁊ p transuersum si in dura matre est: ⁊ tunc nihil cōfert nisi flobothª arteriarū tēporū: ⁊ de hoc fecimus cōsilium: ⁊ vidimus experientiã in nobili muliere. Maria de lencis: qꝛ cū cyrugicus aliquã scarificationē circa locum doloris facere vellet: percussit arteriã: ⁊ exiuit plurima quãtitas sanguinis: ex qua habuit alleuiationē. plura alia remedia pono ibi in ꝯsilio illo. Nota vnū s͞m Gal. in cōmento vltimi aphoꝛ. pᵐe particule. Que egerunt͛ nō modo multitudinē ꝯsiderare opꝫ: sꝫ quō egerunt͛: dicit Gal. ꝙ in tribus casibus flobothª ꝯuenit si virtus fort͛. s. in acutissimo apostͤ: in febribus peracutis: ⁊ in maximo dolore: ⁊. 11. de inge. san. dicit in oībus casibus pōt cōuenire flobothª in corpore venoso: ⁊ sue sanguineo: nã dicit venosū flobothomat͛ nō dubites: q̈re in apostͤ ẽt f͛ro aliqñ ꝯuenit ĩ tali corpe venoso.

De egritudinibus partium capitis ⁊ primo de egritudinibus primi ventriculi

De vertigine: ⁊ scothomia.

Primo de vertigine: ⁊ scothomia: que sunt passiones sensus cōis: quelibet enī est actio lesa. s. corrupta sensus cōis: qꝛ per eã indicat sensus cōis oīa verti in giruꝫ. s. in vertigine: vel videre muscas. s. in scothomia: que dr͛ a scothos: qđ est videre: ⁊ mia musca: causat͛ a mã vaporosa existente in cancellatione neruoꝝ opticoꝝ hoc pacto: qꝛ cū talis mã vaporosa ibi circūuolat͛: oīa vident͛ verti in girum: ideo vertigo dicit͛: ⁊ cū talis mã aliqualꝛ grossior euaporat sursum sensus cōis indicat videre muscas: ⁊ ꝓpterea scothomia p se passio sensus cōis: ⁊ per accñs est passio visus. Curatio: si talis mã vaposa sit ex sanguine: fiat flobothª de cephalica pmisso clysteri cōi: ⁊ si sanguis esset infectus colꝛa: vel alio humore: det͛ digestiuū appropriatū tali humori ⁊ postea euacuatiuū: ⁊ fiãt fricationes ad diuertendū: ⁊ ventose in spatulis: ⁊ ꝯfortet͛ cerebrum: verbi gꝛa. ℞ zuccari rosati vnč. j. diambre: vl tyriace. ʒ. ij. distēpera simul: ⁊ capiat ad quãtitatē auellane: qñ vadit dormitū intingat ĩ palato. Aduerte vnū: ꝙ vt plurimū cōtingit hec egritudo qñ durat oppilatio in naribus: qꝛ mã primi ventriculi extra oꝫ purgari p viã hanc: ⁊ cum nō possit ꝑ oppilationē

oppilationē ideo transmittit̄ ad neruos obticos: q̄re aperias cū leuibus. ℞ malue: florum camomille: an̄. bullias in aqua ordei ⁊ postea adde quartā partē nucis muscate puluerizate: deinde mane ante cibū: ⁊ sic in sero ante cibum traheret: aut quater p nares: nisi enim aperiat̄ hac via: non potest sanari: alij ponunt piper cum aqua perse.

De frenesi: est aūt frenesis apost^a cerebri. s. primi ventriculi causatuʒ a mā calida. s. a sanguine ⁊ vel colera. Curatio: si a sanguine: fiat floboth^a de cephalica premisso clysteri: det̄ postea digestiuū ex sirupo de fumoterre: ⁊ de endiuia cū aquis appropriatis: postea euacuatiuū respiciēs infectionē sanguineaʒ: ⁊ fiant prīus diuersiones cuʒ clysteribus: ⁊ fricationibus: si vero mā sit colerica premisso clysteri det̄ minoratiuū colere. s. vnc̄. j. cassie ⁊ sit̄r tamarindoꝝ addita. ʒ. j. electuarij de psilio cū decoctione recēti: ⁊ cordiali: det̄ postea sirupus. ℞ orizachare: sirupi de endiuia an̄. ʒ. vj. aque lupuloꝝ: ⁊ nenufaris an̄. vnc̄. j. s. postea da farmacū dictum addendo. ʒ. j. reubarbari infusi in aqua enduuie: ⁊ trebiano ⁊ da expressionē solum: sit̄r fiant diuersiones cū fricationibus: ⁊ clysteribus. Dieta sit subtilis sine vino ⁊ sine carnibus: loco vini aqua zuccarata cum vino granatoruʒ ⁊ fercula: que si sint ex prisana melius est: de fructibus pōt accipere de malis granatis.

De suberb: ⁊ lytargia dicenduʒ: suberb describit̄ ab Auic. ꝙ est somnus ꝓfundus preter nām causatus a mā mala: vt plurimū flegmatica pp queʒ somnū fit reditus spūs alalis ad suuʒ pn^m. i. ad cor ⁊ ad cerebrū: ⁊ ꝓprie loquēdo suberb est apost^a flegmaticum prore cerebri: ⁊ q2 lytargia est apost^a flegmaticum partis posterioris cerebri ꝯuenit cum suberb in mā: sed dr̄nt in loco: ideo Rasis ponit rubricaʒ de suberb: postea exequit̄ de lytargia: q2 eadem est cura. Curatio: p^o fiāt diuersiones cū clysteribus fortibus ⁊ cum fricationibus: 2° det̄ digestiua pro mā flegmatica. ℞ oximellis simplicis sirupi de sticcados cum aqua saluie ⁊ sticcados: postea accipe p euacuatione flegmatis. ℞ pillularū cochiarum. ʒ. j. reformentur quinqʒ pillule cū aqua fenniculi: ⁊ fiant localia cum empl̄is: ⁊ vnctionib^9 calis dictis. s. ī alijs capitulis. Duo remedia potissima valent in suberb: ⁊ lytargia. Expertū p^m ⁊ vlt^m in francisco forbisaro. p^m est exhibitio castorei. s. grana. v. cū oximelle simplici ⁊ aqua fenniculi an̄. vnc̄. s. vel in pillula vna: 2^m est emplatio facta capiti. s. puppi: hoc pacto. ℞ sinapis: piretri: squille an̄. vnc̄. ij. castorei ⁊ euforbij an̄. ʒ. iiij. misce cū succo maiorane: ⁊ epithimetur puppis cerebri: sʒ fac prius empl̄uʒ ex mitridato: aceto: ⁊ oleo rosato frōti.

De epilensia dicendū est. Epilensia sic describit̄ ab Auic. Epilensia est egritudo ꝓhibens mēbra aīata ab opationibus sensus: ⁊ motus erectione nō integra. i. oppilōne nō completa: ⁊ illud est pp oppilationē ꝯtingērē in ventriculo anteriori: ⁊ in vijs ⁊ in meatibus eius: s̄m vero Gal̄. 4° de interioribus. Epilensia est oppilatio meatuū: ⁊ viarū in ventriculis prore cerebri: qui meatus sunt pelliculosi: ⁊ ꝯñter est spasmus dictarū pellicularū 4° de interioribus: ⁊ est duplex: quedā est p essentiā in cerebro: ⁊ quedaʒ p cōitatem ab inferioribus membris: sicut a stomaco: ⁊ intestinis: ⁊ dr̄ myrachia: siue a toto: vel ab vna pte: puta a pede: ⁊ Rasis in ꝯtinente dicit ꝙ sunt tres species: a capite: a stomaco: ⁊ ab alijs mēbris: ⁊ vt plurimum fit a mā flegmatica: aliqñ tamen a sanguinea: vt ponit Gal̄. Curatio flegmatice: si presentit accessionem ab inferioribus venit: ⁊ liganda sunt illa membra: deinde digerenda mā flegmatica cū oximelle simplici ⁊ sirupo de sticcados cū aqua saluie: ⁊ fenniculi: ⁊ deinde euacuanda cum pillulis fetidis. ʒ. j. vel cum tali medicina electuarij de hyera vnc̄. s. diafiniconis ʒ. ij. cū vnc̄. j. cassie: vel diacatholiconis: ⁊ distēperet̄ cum decoctione fructuū addendo saluie: ⁊ sticcados an̄. m. j. sit̄r si nō presentit eam da digestiuū dictuʒ: ⁊ medicinā dictā: postea da ꝯfortantia caput: vt tyriacam: vel metridatū: si vero mā pticiparet sanguine: cuius signū rubor in facie: tunc floborhoma de saphena: ⁊ ordina dietā subtilem sine carnibus: ⁊ vino. Rabi. 22. pticula inquit ꝙ. Quidā curabat epilensiaʒ: ⁊ dolorē iuncturarū cum ossibus humanis cōbustis dando in potu illa. s. ossibus cerebri. Iteʒ peonia applicata ad caput a ꝓprietate curat epylensiaʒ. Itē in pueris sirupus de cicorea cum modico rosati colati curat epilensiam.

De egritudinibus tertij ventriculi.

De lytargia: que est apost^a frigidū tertij ventriculi: dictū est de cura eius sufficiēter: qñ dictū est de suberb. De ꝯgelatione: cōgelatio est passio ptis posterioris cerebri: p quā hō ammittit sensum: ⁊ motum in toto corpore. Causa huius est oppilatio partis posterioris: vel facta ex mala cōplexione frigida: ⁊ sicca: vel ex humore melico frigido: ⁊ sicco: ⁊ propterea stant oculi aperti: veluti cōgelati. Curatio: si est cum mā: fit p^o diuersio cū clysteribus: ⁊ fricationibus: postea digeras mām cum sirupo de pomis: ⁊ cuʒ sirupo de fumoterre: ⁊ cū aqua buglosse: ⁊ fumiterre: deinde purga cuʒ pillulis indis: vel de lapide lazuli: deinde conforta cerebruʒ intus cum tyriaca: ⁊ extra cū oleo de costo: ⁊ emplastris: ⁊ fomentis.

De incubo. Incubus est egritudo: in qua hō sentit: sicut fantasma super se cū ingredit̄ somnū: hec Auic. quare angustiat̄. Causa huius est oppilatio originis neruoꝝ: ideo nō pōt se mouere: nec loqui: ⁊ accidit maxime qñ iacet resupine. Curatio: cuʒ est in paroxismo bonū esset: vt haberet sociū: qui moueret illum super aliud latus cuʒ sentiret ipsum angustiatū: q2 statim reddit ad sanitatē: purgatio cōuenit ei dando sirupū digestiuū flegmatis vt oximellis simplicis ⁊ sirupi de sticcados cū aqua saluie ⁊ maiorane: deinde purget̄ cum pillulis cochijs. s. ʒ. j. ⁊ inungat̄ nuca cū oleo de costo: ⁊ detur modicuʒ tyriace in sero mixte cum zuccaro rosato.

De egritudinibus cerebri occupantes plures ventriculos: q̄ sunt apoplexia: mania: ⁊ heresis.

De apoplexia. Apoplexia diffinitur ab Auic. ꝙ est ociositas. i. ablatio mēbroꝝ neruosoꝝ a sensu: ⁊ motu ꝓpter oppilationē ꝯtingentē in ventriculos cerebri: ⁊ in cursibus. i. in commissuris circa pn^a neruoꝝ: vel meatibus. i. in vijs spūs sensibilis: ⁊ motiui. i. apoplexia est passio cerebri auferens sensum: ⁊ motū toti corpori repente ⁊ subito ꝓpter oppl̄onem in meatibus: ⁊ ventriculis cerebri tam pncipalibus: q̄ʒ nō principalibus: ⁊ sic est in oībus ventriculis oppilatio: ⁊ cā huius vt plurimū est fleg^a ⁊ ēt vt plurimuʒ sanguis: ponunt̄ tres spēs: siue gradus: pma spēs est: cū fit maxima difficultas anhelitus sicut in strangulato: ⁊ cuʒ

spuma: ⁊ sine interpollatione. 2ª est cū ē difficultas magna: sed aliqñ quiescit. 3ª spēs cum nō est vox strāgulati: ⁊ sine spuma ⁊ aliqñ quiescit. pª incurabilis: iuxta illud Hipp. 2ª aphorᵒʳ. Apoplexiā fortē soluere impossibile est: debilem vero nō facile. Curatio aliarū duarū specierū. Si in facie rubedo: ⁊ significat ꝙ est ex sanguine: ⁊ fiat flobothª de vtraqꝫ cephalica si virtus: ⁊ etas ꝯsenserint premisso prius clysteri forti ad diuertēdū: si vō nō apparet rubedo ī facie fiat clyster fortis ⁊ fricationes: ⁊ ligature: deinde detur digestiuum ex oximelle simplici ⁊ sirupo de sticcados cū aqua saluie: ⁊ maiorane: post digestionem detur medicina: si est possibile. ℞ pillularū cochiarū. ℨ. j. distēperentur cum aqua fenniculi: vel reformentur 2ᵐ ꝙ vis. Nota ꝙ si virtus pulsus est fortis: ⁊ cognoscas ꝙ sit mā in capᵗᵉ apta de nouo fluere ꝓpter somnolentiā: ⁊ grauedinē capitis: quā habet da a pn° minoratiuū forte. ℞ pillularum cochiarū: pillularū aurearum turbit: arharuꝫ añ. ℨ. ſ. sic enim multi sanantur: ⁊ nō opꝫ expectare digestionē: q: sic expectādo plures moriuntur: qꝫ sanentur: sed facta digestione da aliā medicinā: deinde fiat sternutatio cuꝫ castoreo: pipere: ⁊ elleboro: ⁊ si nō sternutat: recede ab eo: q: signū pessimū. Sunt qui faciunt sternutationē in pn° q: non pñt dare medicinā: non placet: q: poterit mouere mām: ⁊ non educet: quare suffocabit eum. Ult° apponunt super caput frixoriū: vel textū calidū ita: vt cōburat capillos. alij emplꝫ de sinapi: ⁊ castoreo: abraso prius capite. alij faciunt epithima ad caput cū vino decoctionis saluie: maiorane: sticcados añ. m. j. sinapis: ⁊ castorei añ. vnc. j.

De melia. Melia ſm Auic. describitur ꝙ est mutatio extimationū: ⁊ cogitationū a cursu nāli ad corruptionē: timorē: ⁊ maliciam ꝓpter cōplexionem melicam facientē spūm syluestreꝫ: ⁊ timidum ꝓpter tenebras: sicut tenebre extrinsece timere faciunt: ⁊ est passio ptis anterioris cerebri. ſ. pⁱ vel medij ventriculi causata ꝓpter mām melicam: vel malam cōplexionem frigidā: ⁊ siccam: ⁊ mania est spēs melie: ⁊ mania dr̄ qñ fit ex mā adusta: q: tūc sunt seua accñtia: ⁊ melia aliqñ est mixta cuꝫ sanguine. ſ. qñ est cū risu: aliqñ cum flegmate qñ est cū pigritia: aliqñ cuꝫ colª sicut qñ est cum agitatione magna: vt mania aliqñ est melia nālis. ſ. qñ est cum magno timore: ⁊ cogitatione magna: ⁊ sine agitatione. Curatio eius: que est cum sanguine: flobothª ꝯueniens est de saluatella sinistra: vel de cephalica: deinde digeratur mā cum sirupo de fumoterre: ⁊ sirupo de pomis Sabor regis: ⁊ detur post digestionē solutiuū: vel cum pillulis de fumoterre: vel cū vnc. j. diasene: ⁊. ℨ. ij. ꝯfectionis hamech: deinde altere caput ad humidum: si vero melia peccat cum colª: da digestiuū ⁊ melie: ⁊ colere: ⁊ tandem da euacuatiuū illis ꝯuenienes: ⁊ sic de alijs mēbris dicatur. Dieta decliuet ad humidum: oīa impinguantia ꝯueniunt: ꝯuenit etiā ꝓuocare somnū: fiant diuersiones cum fricationibus: ⁊ cū clysteribus: dentur electuaria cordialia: ⁊ fiāt epithimata ad cor. Et nota: ꝙ illa: q̄ fit ex adustione sanguinis dicitur mania canina: ⁊ est cum risu: que vero est ex adustione colª dicitur mania demōiaca: ⁊ ē cū furore: q̄ vō ē ex melia ē cū tristitia.

De hereos. Hereos sic describitur est solicitudo melica ꝓpter mulieris amoreꝫ: dicitur hereos: q: heroes. i. nobiles ꝓpter affluentiā deliciarū istaꝫ passionē incurrere ꝯsueuerunt: ⁊ ideo dicit Gordonius. Uersificator dicit. Oīs amans cecus: nō est amor arbiter equus. Naꝫ deforme pecus iudicat esse decus. Cā huius passionis est corruptio estimatiue ꝓpter formam ⁊ figurā fortiter infixam: q: ꝯtinue de illa cogitat: ideo solicitudo melica dicitur. Silr pōt fieri solicitudo melica circa alias res. Fuit enim vnus episcopus satis doctus: qui existimabat oīo se futurū pōtificem: ⁊ dederat ꝓmittendo multa officia: ⁊ ita in hac fixa cogitatione erat ꝯtinue: erat etiā solicitudo melencolica. Curatio p° purga istum ab humore melico dando sirupos ⁊ medicinas: inducas somnū: ⁊ fac dietaꝫ impinguatiuā: fac: vt distrahatur ab illa re amata: vituperando illam: iniunge aliqua negocia ꝑtractanda: vt nō stet in ocio: iuxta illud. Ocia si tollas periere Cupidinis arcus: ⁊ dicit Auic. ꝙ aliqs plus mouetur ꝑ instrumēta musica. Et dicit ēt ꝙ vocetur vetula q̄ diffamet illam: ⁊ si nō sufficit: subito extrahat pannū menstruatū cū facie sua clamando talis ē amica tua.

De egritudinibus neruorū totius corporis: que dicuntur egritudines cerebri: vt stupor: tremor: tortura: spasmus: ⁊ palysis.

De stupore. Stupor est diminutio sensus: ⁊ motus: sed nota: ꝙ sensus: ⁊ motus aliqñ fiunt per vnum neruū: ⁊ tunc stupor fit qñ impeditur talis spūs transire: ⁊ est diminutio sensus: ⁊ motus: aliqñ vero fit ꝑ duos neruos: ⁊ tunc stat: ꝙ adueniat nocumentum in tactu: ⁊ nō in motu: ⁊ tunc stupor est diminutio sensus tactus: si vero pateretur neruus motiuus: ⁊ nō sensitiuus: tunc magis pertineret ad paralysim: vel spasmū. Qñ ergo est oppilatio in neruo ꝑ quē trāsit spūs sensitiuus: ⁊ nō pōt transire: tunc est stupor. Causa stuporis pōt eē extrinseca: ⁊ intrinseca: extrinseca fortis ligatura mēbri: vel cōpressio mēbri: intrinseca pōt esse frigiditas multa: vel mā oppilans neruum: vel caliditas dissoluens spūs: ⁊ resoluens: ⁊ hec est raro. Curatio: purgetur mā flegmatica: ⁊ p° detur sirupus 2° medicina: vel pillule: vlt° fiant fricationes ad locum stupidū: ⁊ inunctiones: sed facias fricationes in sursum: ⁊ nō in deorsum: ⁊ facias epithimata resoluentia mām: vel emplª. Nota cū aqua porrecte curaui quendā: qui habebat duos digitos pedis stupidos: q: illa transit ꝑ neruos: ⁊ sic deopilat. Nota oleuꝫ de andachocha. i. trifolij cōfert. Auenzoar inquit oleuꝫ nucum vnc. ij. euforbij 8ª pars aur. j. que est ℨ. ſ. ⁊ loco olei nucum potest poni olei de lilio: ⁊ de oliuis añ. vnc. j. curant stuporem in nuca.

De tremore. Describitur sic: tremor est diminutio virtutis motiue: sicut stupor est diminutio virtutis sensitiue. ſ. tactiue: vel tremor est bellum virtutis voluntarie mouentis ad superiora: ⁊ morbi deprimentis ad inferiora. Motus ergo tremoris est cōpositus ex motu nāe: ⁊ motu morbi ſm Gal. 5° de morbo. si enim virtus nō esset impedita: posset eleuare membrum: ⁊ eleuatū regere ⁊ cōseruare: sed q: impedita est ꝓpter morbum: qui deprimit: igitur est motus continuus modo istius: mō illius. Causa istius est qd debilitat virtutē: aut instrumentū: aut vtrūqꝫ: sicut imaginationes aīales: vt cum timet cadere: aut cum timet principem tremit. 2ª causa est qd debilitat instrumētū: vt frigiditas mortificās: caliditas resoluēs: humiditas mollificans: ⁊ siccitas vehemēs reddens instrumentū ineptū: nos addimus: ꝙ etiaꝫ ex oppilatione nō integra nerui: q: pauci spūs transeunt: qui nō pñt

sustentare

sustentare mēbrum: ⁊ istud pōt dici esse ex pte virtu
tis diminute: ⁊ etiā paucitatis spūum. Curatio est p
ↄtrariū cāe facientis tremorē: nā si est ex accñtibus:
remoueanꝰ accñtia: ⁊ ↄfortet virtus cū epythimari-
bus: si est ex dispositiōe mala instrumēti: remoueaꝰ p
ↄtriū cāe: si est ex oppilatione: remoueaꝰ mā oppilās.

De tortura dicendū est. Tortura sic describiꝰ: ē
morbus officialis figurā: ⁊ dispositionē faciei
nālem corrūpens. Causa huius morbi est paralysis: si-
ue spasmus veniens in neruis: vel lacertis faciei: in
paralysi fit mollificatio nerui: i spasmo fit oppilatio:
⁊ phibitio trāsitus spūum. Signū spasmi est ↄtrctio: ⁊
durities: signū paralysis ē mollificatio: ⁊ humiditas
mēbri. Curatio huius morbi fit p curationē spasmi:
vel palysis: de qbus statim diceꝰ. Specialr tñ de hye-
ra Hermetis sumaꝰ ↄtinue lōgo tēpore vsqꝫ ad ℥.j.
optimū est. Itē hec tria a ↄpuetate valent. Accorus:
nux muscata: ⁊ zingiber: ex quibus pōt fieri sirupus
cū melle: aut electuariū: aut gargarisma: aut caput-
purgium: aut masticatoriū: singulare remedium est.

De spasmo dicendū. Spasmus est egritudo ner
ualis ↄtrahens neruū ad suā originem cū abla
tione motus: ⁊ est inobediens in dilatatione. Causaꝰ
aūt spasmus ppter mām penitus oppilantē: ⁊ replen
tem vias: ⁊ porositates neruoꝝ ⁊ lacertoꝝ. Spasmꝰ
est triplex. s. de inanitione: de reple̅ne: ⁊ nō ↄportio-
natus ad mām. Spasmus de inanitione ex exsiccatio
ne: ⁊ hoc est difficile curare: qꝛ difficile est siccū hume
ctare. Spasmus de repletione pcedit ex mā humida
oppilāte viā nerui: cū exsiccātibꝰ curaꝰ: ⁊ euacuāti-
bꝰ: ⁊ pōt eē ex oī humore. Spasmus nō ↄportiōatus
ad māꝫ fit pp pūcturā nerui: ⁊ hic curaꝰ cū sulphure
trito: ⁊ mixto cuꝫ oleo oliuarū: ⁊ posito super neruū.
hec Auenzoar. Curatio spasmi ex repletione cuꝫ pos
sit fieri ab oī humore: si ex sanguine fiat pº fiat flobo-
thomia deinde digeraꝰ mā qualificans sanguinem: ⁊
postea euacueꝰ: ⁊ ↄforteꝰ locus: si ex flegmate fiat op-
pilatio: quod est vt plurimū: fiat clystere forte: ⁊ dige-
raꝰ mā cum oximelle: ⁊ purgeꝰ cum pillulis fetidis:
fiant stuphe ad locū spasmatū. Item balnea sulphu-
rea valēt: vt exhibitio aque porrecte est ↄueniēs mul
tum: silr si oppilatio ex alijs mēbris purgenꝰ: ⁊ con-
forteꝰ membruꝫ: ⁊ resoluaꝰ: ⁊ tandem aqua porrecte
est optimum remedium.

De paralysi dicendū. Est aūt paralysis mollifi-
catio neruoꝝ cum ablatione sensus: ⁊ motus
Drñtia inter spasmū: ⁊ paralysim est: qꝛ mā si oppi-
lat totalr viā nerui facit spasmū: ⁊ curtaꝰ membrum
per longū: ⁊ p latus crescit: in paralysi vero mā non
oppilat penitus viā nerui: sed mollificat neruū: ⁊ sic
elongat ipsum. Curatio: si cū febre sit: magis tēpera-
te pcedere debemus: qꝫ si sine febre: ⁊ lꝫ possit causari
a quocūqꝫ humore: tñ vt plurimū fit a flegmate ⁊ pª
intentio est diuertere mām a capite cū clysteribus: ⁊
fricationibus. 2º cum digestiuis: vt oximelle simplici
⁊ sirupo de sticcados cū aqua saluie: ⁊ maiorane: dein
de euacueꝰ mā flegmatica cū pillulis cochijs: vel feti
dis: deinde fiant inunctiones fortes cū oleo laurino: ⁊
castoreo: ⁊ fiant stuphe: ⁊ fumalia remedia: ⁊ ex humi-
dis vnctuosis nutriaꝰ: silr si alia mā peccat purgetur
illa: ex vinis multum mixta cum aqua.

De catarro. Et quāuis catarrus non sit egritu-
do capitis: sed alterius mēbri: causaꝰ tñ a cere-
bro: ideo cōiter tractaꝰ de catarro: qñ tractaꝰ de egri
tudinibus capitis. Catarrus aūt est reuma fluens a
capite ad ptes inferiores: si fluit ad nares diciꝰ bran-
cus: si vero fluit ad fauces diciꝰ coriza: si fluit ad pe-
ctus dicatur reuma catarrus.

Ad nares brancus: ad fauces esto coriza.
Si fluit ad pectus: dicatur reuma catarrus.

Curatio lꝫ possit fieri ex oī humore: tñ vt plurimum
ex flegmate fit: ⁊ tres intentiones pncipales sunt ha-
bende. pª est euacuatio: sed dꝫ premitti digestio māe
peccantis: ⁊ postea fiat euacuatio: ⁊ in catarro in tri-
plici casu fit flobothª ſm Mesue. pmo si sit in corpore
calido. s. sanguineo. 2º si sit paratus ad faciendū colle
ctum: vel apostª. 3º si cum febre: quidā dñt si sit catar-
rus calidus cū febre intensa: qꝛ febris ppter euapora-
tionē facit crescere catarrū: nos dicimus si cuꝫ febre:
que indicet de sanguine: qꝛ catarrus in se nō requirit
flobothomiā sed respectu addito dicit Gordonius.
scd̄a intentio pncipalis est diuertere cū fricationibꝰ:
⁊ clysteribus. 3ª intētio est sistio catarri cū appropria
tis: ⁊ addiꝰ dieta subtilis sine carnibus: ⁊ sine vino: sꝫ
aqua zuccarata cum vino granatorum conuenit.

De egritudinibus sensuū exterioꝝ: ⁊ pº de egri-
tudinibus oculi: ⁊ pº de passionibus ↄiunctiue
que sunt. 8. Et prius opꝫ premittere anathªs oculi.
Inquit Gal. 8º de iuuamētis mēbroꝝ: Cerebrum tm̄
est ppter oculos: vt oculi sint in eminētiori loco cor-
poris: vt possint speculari ante. Oculus componiꝰ ex
tribus humoribꝰ: ⁊ septē tunicis: primus humor ad
extra dꝰ albugineus: scd̄s vitreus: tertius cristallinꝰ:
qui ↄtineꝰ a vitreo: ⁊ vitreus ab albugineo: prima tu
nica exterior diciꝰ cōiunctiua: ⁊ est illa: que est alba:
scd̄a diciꝰ cornea: ad similitudinē cornu: tertia diciꝰ
vuea: que est ad modū grani vue nigre: que est in me
dio pforata: ⁊ foramen diciꝰ puppilla: quarta dꝰ ara-
nea: huic ad intra correspondet tunica: que dꝰ rethi-
na: ⁊ vuee correspondet tunica: que diciꝰ secundina:
⁊ cornee correspōdet sclyrotica. Azaruius vero di-
xit: qꝫ ppꝛie loquendo tm̄ quatuor sunt tunice oculi:
quarū due immediate regunt humores. s. vuea: ⁊ secū
dina: que originanꝰ a pia matre: ⁊ alie due mediate
regunt illos humores. s. cornea: ⁊ sclyrotica: ⁊ a cere-
bro pcedunt duo nerui ad oculos 4º de morbo: qui
soluꝫ sunt cōcaui: ⁊ intelligiꝰ hoc antonomatice: ⁊ hi
sunt duo nerui obtici: per quos transeunt spiritus
visibiles vsqꝫ ad oculum. s. ad humorem cristallinuꝫ:
⁊ ibi recipiunt speciem rei visibilis.

¶ De egritudinibꝰ oculi: ⁊ pº ↄiūctiue: ⁊ ophthalmia.

De ophthalmia prius dnd̄ū est. Est aūt ophthal
mia apostª calidū oculi. s. sanguineū. Cā huiꝰ
aut est exterior. s. sex res nō nāles incōuenient̄er admi-
nistrare versus calidū: aut interior: ⁊ hec est sanguis
vel colera: vel vapores eoꝝ: vel ascēdentes ab inferio
ribus: vel descendentes a superioribus. s. a capite per
venas ad oculos. Curatio pº fiat flobothª cephalice
premisso clysteri. 2º digeraꝰ mā cum sirupo de endi-
uia: ⁊ cū sirupo de fumoterre: ⁊ cum aquis appropria
tis. s. endiuie: nenufaris: ⁊ violarū. 3º purgeꝰ mā cuꝫ
medicina ex cassia fistula vnč. j. ⁊ ℥. iij. succi rosaruꝫ.
quarto ponanꝰ remedia ad oculuꝫ: sed nihil sit actu
frigidū: lac mulieris lactantis infundaꝰ in oculuꝫ: ⁊
est optimū. Item albumen oui bene agitatū mixtuꝫ
cum lacte mulieris: ⁊ cū hoc balnea sepe oculuꝫ: ⁊ sic

Primo.

flebotomia
catarro

de alijs Ad ophthalmiam. ℞ aloes. ʒ.j. infunde in aqua rosata ⁊ vino: ⁊ laua oculos: abstergit: ⁊ abscindit lachrymas. Mesue hec dicit. Itē balnea oculum cum lacte: aut cū albumine oui: confert ophthalmie ipsius Rasis: hoc iudicat optimum.

Scdo. De vlcere piuncriue: purget corpus scdz q expedit: vel cuz flobothomia vel farmacia: vel cuz vtraq: deinde vtatur sief ꝑb de thure.

Tertio. De vngula piūctiue. Est aūt vngula: vel vnguis excrescentia quedā media inter dispositionem neruosam: ⁊ carnosam: ⁊ aliqñ coperit partē piuncti ue: aliqñ totā. Curatio. supposito: q corpus sit purgatum: ⁊ mundificatū suffumiget oculus cū aqua malue: ⁊ bismalue: deinde vtat isto collyrio: qd pōit Gordoni⁹. ℞ vitrioli: viride eris vsti: salis armoniaci: fellis tauri añ. ʒ .s. aloes: cinamomi: gingiberis: trium gñum piperis: fragmentoꝝ fintille terre viridis añ. ʒ .j. puluerizent: sicut decet: ⁊ cum succo feniculi: ⁊ maiorane: ⁊ modico mellis misceant: ⁊ fiat collyriū: si autem cum hoc nō curetur recurre ad cyrugicum.

Quarto. De albugine oculi. Est aūt albugo macula alba: vel subalbilla oculi: que aliqñ remanet post vlcerationē curatā. Curatio dicit Rasis. Cū eger egressus fuerit balneū ⁊ teneat faciē super vaporē aque calide vsq quo rubea fit: ⁊ si hoc nō facit qd desideras nō vidi melius hoc ad tollēdā albuginē dicit Gordoni⁹. ℞ massacumie: stercoris magni lacerti: baurach: zuccari añ. partes equales: deinde sumat accori: celidonie seni ambarū añ. ʒ. 10. coquant ī lib. j. aque donec ad 4ᵐ redeat: ⁊ colet: ⁊ ex hac aqua imbibāt species: quas prediximus: ita: q pfitiant ex ea: ⁊ siccent in vmbra: deinde iterū terant: ⁊ pspergant vt prius: ⁊ siccent: ⁊ postquam quater factuz fuerit siccentur: ⁊ terantur: ⁊ in oculo mittantur: hoc non habet par ad remouendum grossam albuginem.

Quinto. De macula in oculo. s. rubea. Contingit eniz hec ex oculo expressione: vel ex alia re punctū rubeuz. Curatio fit cū hoc. ℞ albuminis oui: ⁊ spumet: ⁊ cum modico aque rosate ⁊ boliarmeni puluerizati incorporetur: ⁊ in oculo distilletur.

De sebel. i. de venis rubeis dilatatis vltra debitum supra piunctiuā ad modū panniculi ⁊ de scabie oculoꝝ. i. de grossitie pruriginosa cū rubore: ⁊ asperitate aliquali in labris palpebrarū: que scabies precedit inuersationē palpebrarū: ⁊ vlcera ipsarum Sebel est passio oculi p colligantiā: q venit quod venire non dz. s. sanguis calidus dilatans: ⁊ replens venas vltra debitū. Scabies sitr est p colligantiā: q venit sanguis colericus: vel salsus ad palpebras: qui venire non dz. Pro cura indiget floboth ⁊ solone ventris: ⁊ dz vti dieta subtili declinante ad frigidū: ⁊ sepe ingredi balneū: vtile est p st cibū: ⁊ mittere in oculum sieth rubeū. ℞ emathitis: colcothar cōbusti amboꝝ añ. ʒ. iij. eris vsti ʒ. ij. myrrhe: croci amboꝝ añ. ʒ. j. piperis lōgi ʒ. s. pspergant ex vino veteri: ⁊ fiat ex eis sieph: ⁊ si non curant: vadant ad cyrugicum.

De lachrymis cū pruritu. i. de pruritu labryma lis hec passio nō est negligenda: q cum durant terminār in fistulam. Pro cura lauet oculus sepe cū aqua: ⁊ acero mixtis: ⁊ emplastret cū folijs recentib⁹ populi bullitis cū acero: ⁊ pistatis: desuper applicatis: ⁊ si cū istis nō cessat purget cum ʒ. j. pillularum aurearū: ⁊ fiat collyriū d aloe: ⁊ sarcocolla: ⁊ sumach: ⁊ si veniūt a cerebro: pfortet cerebrū cum camphora: ⁊ rosis: ex quo cā est calida: ⁊ ponant ventose in collo: ⁊ ponant stiptica supra frontem: puta ex sanguine draconis: accatia: myrrha: ⁊ olibano cū albumine ouorum: ⁊ similibus. Ad sanandas lachrymas. ℞ rorismarini: centauree minoris añ. m. j. ⁊ bulliāt in aqua feniculi: ⁊ aqua rosata añ. vnc. vj. ad psumptionem tertie ptis: postea adde colature salis armoniaci. antimonij añ. ʒ. j. ⁊ bulliant ad lentū ignem: ⁊ cum ista laua oculos. Ad lachrymas stringendas. ℞ aque prunellarum syluestrium: ⁊ laua oculum.

De fistula in lachrymali. Fistula est passio piunctiue: p quo notat q Apost⁹ mollia aliqñ generant in lachrymali oculi versus nasum: ⁊ vt plurimum terminant in fistulam. Pro cura diligentissime mundificet corpus: deinde fomentet locus cum spongia infusa in aqua decoctionis gallarū sumach: ⁊ modico mellis: deinde cum aqua decoctionis mali granati: ⁊ folijs mirthe: deinde fiat tale colyriū. ℞ viride eris atramenti: salis armoniaci: vitrioli: calcis viue: auri pigmenti: cantaridarū: aluminis añ. ʒ. s. fiat puluis: ⁊ puluis ponat in paruissima quātitate: vel misceat cuz vrina pueri: ⁊ fece olei antiqui: ⁊ fiat vnguentū: ⁊ tenta intigat: ⁊ fistule apponat: deinde fiat vnguētū post mortificationē fistule: de aloe: ⁊ olibano: ⁊ sarcocolla nutrita: ⁊ sumach: ⁊ cortice malorum ad carnis regenerationē deinde sumat talis potio. ℞ folioꝝ agrimonie folioꝝ oliue: ⁊ conquassent ⁊ tēperent in vino albo: ⁊ accipiat vinū: ⁊ pculdubio si corpus ē mundificatū: ⁊ patiēs boni regiminis fit: ista potio priuata curat oēm fistulam. hec Gordonius: ⁊ addit colligat agrimonia cum oratione dominica: ⁊ portetur ad collum: ⁊ curat fistulam: vt plurimum: si aūt non curat: fiat cauterium in loco: ⁊ fiant alia: sicut decet.

De passionibus cornee.

Nota: q ferme cōsimiles passiones pñt accidere cornee: sicut piunctiue: quāuis Rasis nihil dicat: dixi ferme: q nec lachryme: nec fistula lachrymalis pñt ei accidere: sed bothor: vlcus: vngula: albugo: macula: ⁊ pannus pñt eis accidet: ⁊ psimilis fere cura est in cornea: sicut in coniunctiua: ⁊ ideo nō opz repetere: quamuis Gordonius etiam tangat illas.

De passionibus vuee.

Primo. De dilatatione vuee. i. pupille: pupilla aūt ē foramen vuee: istud foramen aliqñ ita dilatat: q videt tangere piunctiuam: ista aūt dilatatio aliqñ est nālis: q a natiuitate est: ⁊ hec nō recipit curationem: aliqñ venit accñtal: ⁊ quādocūq fuerit: nocet visui: qm aut nihil videt: aut videt in minori quātitate: q sit res visibilis: ⁊ hoc est ꝓpter nimiā dispersionem spūum. Cause dilatationis aut sunt extrinsece: sicut est casus: ⁊ percussio: ⁊ nimius dolor capitis: aut sunt intrinsece: hoc est ꝓpter apostͣ aut ꝓpter magnitudinē humoris albuginei: aut ꝓpter humiditatem currentē ad vueā: aut ꝓpter siccitatē: qm cōtrahitur versus circūferentiā: ⁊ ita foramen magnificat: sicut apparet in corijs pforatis cum desiccant: ⁊ tunc dilatatio vuee est morbus per se: ⁊ apparet tota vuea minorata. Cura si fit ꝓpter desiccationē iniungat dieta resumptiua: humectatiua: ⁊ nutriens: ⁊ fter in ocio: ⁊ balneet frequēter: ⁊ fomentet oculum cū aqua dulci calida: ⁊ proiciat lac mulieris sup. oculuz: si causa sit

ꝓpter

ꝓpter humorē albugineū: sit in dieta tenui: ⁊ purget caput cum hyerapigra: lauet oculum cū aqua salsa calida: ⁊ aceto: ⁊ ponant in oculo que dicta sunt ꝯtra albuginē: ⁊ maculam. Si causa fuerit apost^{a} ꝓpter casum: ⁊ percussionē: curet apost^{a}: sicut de ophthalmia dictum est: postea ponatur in oculo lac mulieris: ⁊ sanguis columbe.

De ꝯstrictione puppille. Causa huius aut est siccitas: ⁊ corrugatio vuee: ⁊ motus eius a circūferentia versus centrū: ⁊ tunc oculus minorat: ⁊ non recipit curā: aut est ex paruitate humoris albuginei: ⁊ sic facile curat cū humectantibus: aut causa est ex humore cōprimēte: tunc purget caput: ⁊ vtat isto collyrio. ℞ croci: musci aloe: stercoris lacerte viridis añ. ℈. j. balsami ℈. ß. piperis: floris eris armoniaci añ. grana. vj ꝯficiantur cū aqua fenniculi distillata.

De cataracta. Est aūt cataracta aqua in oculo existens cooperiēs puppillam ꝙ aqua nō ascēdit: nec descēdit ad oculum: sed vapores aquosi: qui coagulant a frigido: ⁊ cataracta aliqñ est in pn^{o}. s. cū apparent coram oculis musce: ⁊ cimices: ⁊ tunc opz purgare caput cū hyerapigra: vel pillulis cochijs: ⁊ semel in semptimana cape de mitridato ad quātitatē auellane: ⁊ vtat collyrijs de fellibus auiū: q2 multum valent ad dissoluendū aquā: ne congelet: sitr in augmēto valet purgatio: sed in statu cū facta est congelatio nō valet purgatio. Et est cū nō videt nisi radium solis: tunc signū est: ꝙ aqua cōgelata est: ⁊ non pōt curari: nisi per cyrugicū expertū. Gordonius inquit vapores aquosi aliqñ ascēdūt a stomaco ad oculos: cuius signū: q2 añ cibū peius se hñt: q̄z post cibū: ⁊ aliqñ descendunt a cerebro: cuius signū: q2 equalr se habent ante cibum: ⁊ post cibum.

De passionibus pertinentibus ad totum oculum.

De debilitate visus. Tripl'r debilitat visus. s. diminute: ablate: ⁊ corrupte. Cā vero debilitans aut est extrinseca: aut intrinseca: extrinseca est vt puluis: ventus: inspectio solis aut corporis luminosi: legere litteras minutas: ⁊ oēs res nō nāles incōuenienter administrate. Cause intrinsece aut sunt a mēbris inferioribus: aut a capite: si a capite egritudines capitis: ⁊ reuma debilitant: si ab inferioribus est pp vapores ascendentes a stomaco. Nota ꝙ si spūs fuerit paucus: ⁊ subtilis bene videt ꝓpinqua. Si fuerit paucus ⁊ grossus male videt ꝓpinqua ⁊ remota: si fuerit multus ⁊ subtilis bene videt propinqua: ⁊ remota: ⁊ si fuerit multus: ⁊ grossus male videt de ꝓpinquo: ⁊ a remotis sic. Qui hñt spūs nimis subtiles: ⁊ pueros de nocte melius vident: ⁊ qui hñt spiritus grossos de die parū: ⁊ de nocte nihil. Cura: si debilitas sit ꝓpter res inanientes cōfortet oculus cū cibis humectantibus: ⁊ cum ocio: ⁊ quiete: ⁊ cū fomentationibus factis circa oculum cū aqua dulci tepida: ⁊ lacte mulieris.

Pro debilitate visus recepta optima. ℞ aque rosate lib. j. maluatici dulcis lib. ß. aloes lori ʒ. ij. tutie ʒ. j. gariofilorum ʒ. j. ß. antimonij ʒ. ß. succi fenniculi: succi celidonie añ. vnc. j. bulliant simul lento igne: ⁊ cum hac lauet oculos de mane. Ad idem. ℞ aque rosate aque celidonie añ. vnc. ß. aceti quartaz partē. s. ʒ. ij. marchasite auri: vel argenti ʒ. j. ß. misce ⁊ cum hac calida laua oculos. Si causa fuerit repl'o siue a capite: siue a mēbris inferioribus veniat: purget caput: vel totū corpus: cū pillulis sine qbus: caput: ⁊ cū hyerapigra corpus: deinde fiat collyriū de fellibus auiū ad oculos. Gordonius ponit nouē experimēta bona ad oculos. p^{m} est ꝯfectum ex aquis respicientibus oculos: de quibus penas singulo die in oculis. 2^{m} est de pica exsiccata: ⁊ puluerizata: ⁊ ponat i oculis: vel fiat collyrium ex ea. 3^{m} est de epate hircino puluerizato: ⁊ fiat collyriū: quod distillat in oculos. 4^{m} est illud collyrium factū ex tutia ignita ⁊ distillata in oculū. 5^{m} est ex quodā puluere: ponendo in oībus suis comestionibus. 6^{m} de anguillis flagellatis abscissis capite: ⁊ cauda: ⁊ ablutis cum sale: ⁊ decoctis cū melle: ⁊ fenniculo donec caro separet: ⁊ de carne illa cum zuccaro fiat electuariū. 7^{m} ꝙ vtat per interualla aut mirabolanis conditis: aut pillulis aureis: aut cochijs. 8^{m} frequens vsus tyriace ꝯfortat visum. 9^{m} est secretū experimentū: q̊ deus melius reuelare noluit vsqz ad hāc horā: ⁊ est collyriū factū ex ꝑmistione multarū rerū.

De noctilupa. i. de passione illa oculorum: qua post occasum solis nō vident: ⁊ describit sic. Noctilupa est passio oculi causata ꝓpter grossitiē: ⁊ paucitatem spūum: ꝓpter quā in die vident ꝓpter claritatē diei: ⁊ pp obscuritatē noctis nō vident. Nota: ꝙ visio diuersificat 2^{m} multitudinē: ⁊ paucitatem spūum ⁊ scd̄m subtilitatē: ⁊ grossitiem eorum: multitudo spūū vel est cum grossitie eorum: vel cū subtilitate: si cū grossitie male vident de prope: ⁊ bene de longe: si iungit cū subtilitate bene vident de prope: ⁊ de longe: paucitas spūum vel iungit cū grossitie: vel cū subtilitate: si cum grossitie isti male vident de prope: ⁊ de longe: si vero cum subtilitate: de ꝓpe bene vident: ⁊ non de lōge. In noctilupa spūs sunt grossi: ideo nō vidēt in sero. Pro cura. Causa aūt aut est repl'o sanguinis: aut aliorum humorum: aut debilitas virtutis: si repl'o sanguinis flobotb^{a} indigent: si est repletio aliorum humorum farmacia indigent: si debilitas virtutis fiat ꝯseruatio virtutis: ⁊ vtat rebus subtiliātibus: ⁊ tandē collyrijs de fellibus auium Gordonius nihil de illa dicit: quia intellexit sub debilitate visus.

De strambositate oculorum. Est aūt strābositas fz Gal. 4° de morbo duobus modis. p^{o} cū oculus torquet versus dextrū: vel sinistrū: ⁊ tunc nō accidit aliud nocumentū: nisi ꝙ res videt oblique: ꝓpterea ꝙ magna pars oculi remanet illuminata: si aūt torqueat versus superius: ⁊ inferius: tunc vna res videt due: qm̄ magna pars puppille cooperit: ⁊ iō nō pōt iactari simulachrū vsqz ad cristallinū: nisi per viam inundationis: ⁊ iō nō pōt cancellari simulachrum in cruce signatione nerui obtici: vbi ꝯtingit recte videre: quare spēs: siue idola non pñt simul cācellari: sed transeunt ad sensū cōem sine cancellatione: ⁊ ita cōtingit male videre: q2 vnum videt duo. Prima igit causa: ꝓpter quā non ꝯtingit recte videre est tortuositas cristalline: ⁊ copertura eiusdē: qm̄ simulachrū non pōt directe iactari: ⁊ ideo venit cū quibusdam inundationibus: ideo pars citius est in cruce signatione: q̄z alia: ⁊ q2 non obuiant se adinuicē non pñt idola cancellari: sed transeunt ad sensum cōem sine cancellatione: ideo ꝯtingit male videre: q2 vnum vr duo: seu multa. 2ª causa pōt esse nimia mobilitas spiritus: ⁊ agitatio: ⁊ motus versus dextrū: ⁊ sinistrum versus partē anteriorē oculi: q2 mouet per modum inundationis nō fit cancellatio: ⁊ ideo vnū videt multa. 3ª causa pōt esse nimius motus agitatiuus spūs: q

modo mouet̃ ad sensum cõem: modo reuertit̃ ad crucem: ⁊ signationẽ: ⁊ hoc facit ventus ꝑturbans spũs. quarta causa põt esse nimia subtilitas spũs: qui mouet̃: ⁊ agitat̃. Cura: nota: ꝙ si strãbositas est a natiuitate: aliquo mõ põt rectificari: ⁊ nõ est alius modus: nisi ꝙ lumen ponat̃ sibi in opposito: vt recto aspectu aspiciat: siue illud lumen sit candela accensa: siue fenestra aperta: si vero veniat strãbositas ꝑꝑ spasmum de inanitione: vel repl̃one: aut ꝓpter mollificationẽ: ⁊ paralysim: aut ꝓpter epilensiam: tũc curabit̃ strambositas illis curatis.

De eminentia: ⁊ ꝓfunditate oculi. Eminentia aut ꝓpter repletionẽ nimiaꝫ cerebri: ⁊ oculi: ⁊ totius corporis: aut ꝓpter ventositatẽ: aut ꝓpter apostema cerebri: aut ꝓpter paralysim: ⁊ mollificationeꝫ lacertoꝝ mouentiũ oculos: aut ꝓpter nimiũ dolorem capitis: ⁊ propter vomitũ: ⁊ nimiũ clamorẽ. Cura: si eminentia fuerit parua sufficit paruitas cibi: ⁊ pot⁹: ⁊ ꝙ iaceat resupinet ⁊ ꝙ oculus colliget̃ cum aqua rosata in qua fuerit sumach: ⁊ cortex thuris: si vero fuerit magna: fiat flobot^h^ cum ꝯuenientia ꝑticularium: deinde sequat̃ farmatia: deinde ventosa in collo: deinde fomentet̃ oculus cum aqua decoctionis sumach galliarum: ballaustiarũ: masticis: thuris: albumine ouorum: ⁊ nucleis dactyloruꝫ adustorum.

De ꝓfunditate oculi. Causa est aut ꝓpter maliciam febris: aut propter vigilias nimias aut tristitiã: ⁊ angustiã: aut ꝓpter similia ꝯsumentia humiditatẽ nãlem oculi. Cura est remotio illarũ causarum cum cibis humectantibus: ⁊ fomentationibus aque calide dulcis: ⁊ similibus.

De passionibus palpebrarum.

Accidit palpebris aliqñ pruritus: ⁊ scabies: ⁊ vlcus: que fiunt ex humoribus acutis: ⁊ adustis. Accidit ⁊ tumor ipsis palpebris: ⁊ depilatio: ⁊ inuersio piloꝝ: tumor accidit aliqñ a causa extrinseca. s. a punctura aranee: vel ab humore fluente: causa depilationis est humor adustus in radice piloꝝ. Pro cura pruritus: ⁊ scabiei purget̃ corpus ex humoribus calidis: ⁊ postea inungat̃ cũ oleo onfancino: ⁊ modico camphore. Pro cura vlceris mundifica cum vino albo: in quo lẽtes: ⁊ cortices granatoꝝ bullierint: postea appone collyrium de vitello oui: ⁊ croco: ⁊ olibano: ⁊ si sit ibi sanies ablue cũ aqua salsa. Pro cura tumoris: si sit ex pũctura aranee appone tyriacã supra cum salgemma: si fuerit ꝓpter rutelam appone oleuꝫ rosatũ cũ albumine oui: si fuerit ꝓpter causas intrinsecas. s. ex humoribus fluxis ad locuꝫ illum: purgent̃ humores: sicut opꝫ. Pro cura depilationis palpebrarum: si fuerit ex defectu nãe: humectet̃ corpus sbalr: ⁊ corpus: ⁊ oculi: si vero ex malo humore corrũpente radicẽ capillorum: purget̃ corpus scðm exigentiam humoris: ⁊ si fuerit ibi rubedo: liniat̃ cũ malo granato cocto cum totalitate sua: ⁊ si fuerit grossities palpebre: aut humoris: intingat̃ locus cũ isto medicamine. ℞ spice nardi: stercoris muris: laudani: ossiuꝫ dactyloꝝ vstorũ: stercoris hirundinis añ. ℥. i. ꝯficiant̃ cum melle. Pro cura inuersionis piloꝝ euellat̃ pilus inuersus: deinde intingat̃ locus cum sanguine rane: aut catuli canis: aut fiat cũ ouis formicarũ contritis: aut cum rubigine ferri: ⁊ saluia: aut cuꝫ isto. ℞ mucilaginis psilij: spume maris: salis armoniaci: vngule asini aduste misceant̃ cum aceto fortissimo: ⁊ liniatur locus: ⁊ si nõ curet̃ sic: cauterizet̃ locus: ⁊ postea inungatur locus cum albumine oui: ⁊ oleo rosato.

De egritudinibus aurium: ⁊ auditus.

capite veniat: ⁊ de sero da tyriacam nouam ad susti
nendũ catarrũ. s. vnius anni: ⁊ epati fac fomentũ fri
gidũ. Et si femina sit: ⁊ ex matrice vapor corruptus
venit: quare fac cerotum matrici cum galbano: ⁊ ty
riaca: ⁊ pone prius duo grana misci i vmbilico: ⁊ fac
cerotuz supra: ⁊ in paroxismo quãdo sit angustia ma
gna: ⁊ tremor magnus cordis: pone ventosam ex late
re splenis: qr mirabilis est. Circum cor inunge cum
oleo rosato aut violato: vnc. j. ⁊ camomille vnc. s. ⁊
quatuor granis cãphore. Curatio: cũ a cãis extrinse
cis venit: ⁊ remoue illas. A causis intrinsecis: reme
dium Rainaldi. ℞ squille assate: radicis lilij celestis
añ vnc. s. ysopi: prassij: capil. veneris añ. m. j. bulliãr
in libris tribus aque p mediam horã: dispumeẽ: ⁊ da
summo mane: adde aliquid mellis ad bulliẽdũ. Ad
idem Auenzoar: ℞ furfuris. m. j. leuiter bulliat: ⁊ co
la: ⁊ adde prassij: ⁊ iterum bulliat: ⁊ coleẽ ego addo
mellis albi: vel oximellis simplicis vnc. j. ⁊ bulliat: ⁊
dispumetur: ⁊ melius erit si bulliat absynthium: pras
sium: ⁊ hysopũ. Fac emplastrũ super pectus ex radi
cibus malue: ⁊ maluauisci: ficubus: ⁊ penidijs cuz fa
rina fenugreci: ⁊ sem. lini: ⁊ oleo liliorum. Inquit Sera
pio bolus cuz vino datus: curat asma: si sit sine febre:
si sit cũ febre deẽ cũ aqua mellis: ⁊ prisana: ⁊ vitellis
ouorum. Mesue inqt aristologia rotũda ẽ ex maxĩe mũ
dificantibus pectus: ⁊ pulmonẽ a flegmate putrefa
cto: ⁊ cõfert iuuamentũ manifestũ asmati: ⁊ tussi ẽm
omnẽ modũ administrationis eius cuz oximelle sim
plici: ⁊ etiã suffumigatio ex ea administrata p embo
tum: ꝯfectio formarũ: ex qbus fit suffumigatio: ℞ ari
stologie rot. arsenici citrini partes equales ⁊ cum vi
tello oui fiant forme sicut auellane. Inqt Auic. si ma
teria sit in arterijs pulmonis flobotõ ex basilica sini
stra ꝯfert. Serapio. Armoniacũ ʒ. j. si cuz melle: vel
aqua bibaẽ ꝯfert asmati coarctatione anhelitus: que
cogit ipm stare rectũ. Ad asma secretũ nr̃m: ℞ loch
de mucilaginibus loch de pulmone vulpis loch sanũ
⁊ exptum: añ vnc. j. peniti sugo de liqritia añ ʒ. ij.
zucaro candi. vnc. s. per vsare ogni hora.

De Pleuresi.

PLeuresis est apostema calidũ pãniculorum existen
tium inter costas pectoris: duplex est pleuresis
scz vera: ⁊ nõ vera: vera est in velaminibus inter co
stas interius existẽtibus: nã quidã est pãniculus: qui
regit costas interius: ⁊ quidã est: q diuidit pectus ẽm
longũ in duas partes. Nunc aũt in partibus remotis
a costis in istis velaminibꝰ non põt gñari apostema:
sed in partibus: in qbus iunguntur coste: cũ ibi sint ve
ne: ⁊ arterie: ⁊ aliqua carnositas: ⁊ humores: ideo põt
causari apostema. Est g̃ pleuresis apostema velami
num costarum interiorum: sed q̃ est in latere sinistro est
magis piculosa: sed velocius terminaẽ. Non vera ve
ro est in lacertis: seu carne costarũ exteriorum: aut in co
stis falsis: q̃ sunt sub diafragmate siue sint exteriꝰ: si
ne interius: siue cũ ex ventositate fit. Terminaẽ ali
quãdo insensibilr̃ p euaporationẽ: ⁊ est melior termi
natio: aliqñ resudat: ⁊ expelliẽ cuz tussi ad pulmonẽ:
aliqñ ẽminaẽ p saniẽ: ⁊ vadit ad cãnales pulmonis:
aliqñ vadit ad ꝯcauitatẽ pectoris: ⁊ mũdificaẽ in. xl.
diebus: aliqñ induraẽ: aliqñ vadit ad vias vrinales:
aliqñ ad intestina. Cause pleuresis aliqñ sunt extrin
sece: sicut res non nãles non ꝯueniẽter administrate:
grã exempli a nimio calore ⁊ a nimio frigore: ⁊ sic de
alijs: aliqñ a causis intrinsecis. Causa añs est nimia
repletio totius: vel capitis cũ supuenit vehemẽs fri
giditas in aere. Causa immediata est colera: vel san
guis: flegma: ⁊ melãcolia: ⁊ ventositas nõ faciunt ve
raz pleuresim. Curatio est ordinatio diete subtilis si
ne carnibꝰ: ⁊ sine vino: ⁊ cũ prisana ordeacea: ⁊ aqua
zuccarata. scdõ flobotõ ex latere opposito. tertio or
dinatio sirupi violati: vel iniubini: ⁊ sirupi de capil.
veneris cum aqua violarũ: ⁊ capil. veneris. Et dicit
Gal. si nõ inueniẽ basilica: fiat de mediana: ⁊ calefa
ctoria ꝯueniẽtia fiant: vel inunctiones. quarto existẽ
te corpore plectorico medicina ꝯuenit ex cassia: ⁊ dia
finicone. quinto facilitãtia sputũ ꝯueniũr: vt cũ ele
ctuario de mucilaginibus: ⁊ sauonia: ⁊ inũctione cũ
oleo amygdalarum dulciũ: ⁊ butyro. Secretũ Augusti
ni Ghisi si nõ rumpaẽ apostema in quo tpe rũpi dz:
quia nõ spuit sanguinẽ: cape dentẽ porci sylucstris. s.
qui venit extra: ⁊ fac puluerez: ⁊ da coclear vnum il
lius pulueris cum cyatho medio aque calide in po
tu: ⁊ sanat: ⁊ de hoc vidi experientiam.

De periplemonia.

PEriplemonia est apostema calidum pulmonis:
terminaẽ autẽ diuersimode: aliqñ resoluiẽ: ali
qñ induraẽ: aliqñ trãsmittiẽ mã ad cerebrum: aliqñ
ad pleuresim sed raro: aliqñ ad neruos: aliqñ transit
in empyma: ⁊ si mundificetur in. 40. diebus bñ est: si
non: suspectũ est. Causa aliqñ fit ex pleuresi: ⁊ est ma
la: aliquando causatur a catarro: ⁊ frequẽter: ⁊ sicut
pleuresis vt plurimũ ex colera fit: ita periplemonia
vt plurimũ ex flegmate: ⁊ ex sanguine flegmatico fit
⁊ fit febris fortissima: difficultas anhelitus vehemens
durities quasi ad prefocationem: rubedo maxillarũ
inflatio oculorum: dolor in medio duarum spatula
rum. Curatio fere est eadẽ cum curatione pleuresis:
nisi: qr in periplemonia debemus fortiora medicami
na applicare: ⁊ super particulã patientẽ: ⁊ debemus
esse magis intenti: vt materia cuz tussi mũdificetur.

De tremore cordis.

TRemor cordis est motus cordis tremulus ꝑter
naturã. Cause alie extrinsece. s. res nõ nãles in
conueniẽter administrate: exẽplũ: nimia caliditas: ⁊
frigiditas: nimia sanitio: accidẽtia cũ vehemẽtia: res
venenose assumpta: ⁊ morsus rei venenose. Cause in
trinsece sunt magne passiones mẽbrorum cõicantiũ cor
di: aut pp vẽtositates: ⁊ vapores sanguinis corrupti
prouenieẽtes ad cor: ⁊ propter nimiũ sensuz stomaci:
⁊ colere: ⁊ flegmatis: ⁊ melancolie. Curatio: primo
administrentur aromatica contraria in qualitate
cause facienti morbum: quia in causa calida aroma
tica frigida cum modica appositione calidorum: ⁊
ecõtra: frigida sunt ista: viole: nenufar: rose: sandali:
cãphora: acetũ: agresta: succus acetosus: succus mali
granati: fructus acetosi: sicut citonia: lac acetosum:
prisana: zuccarum. Composita sunt ista. Sirupus li
monum: ribes: sirupus rosatus: ⁊ violatus: trocisci
de violis: ⁊ de cãphora: ⁊ dragagãti. Calĩa sũt ista am
bra: storax calamita: muscꝰ: lignũ aloes: gariofili: cor
tex citri citrãgulorum: nucis muschate: cinamomũ:
sem. maiorãe: basilicõis: vinũ aromaticũ: folia enule.
Que valẽt in vtraqz cã sunt aurum purum foliatũ: argen
tum

cum purũ foliatũ: margarite: corallus: rasura eboris: spodium: os de corde cerui: hyacinthi: blacte bizãthe: smyraldus: doronici: crocus: borago: buglossa: ex his põt fieri trocisci: sirupi ⁊c. Si fuerit de sanguine fiat flobotbª ⁊ vtaꝛ sirupo de boragine: ⁊ buglossa: ⁊ de nenufare. Si fuerit de coł'a: digeratur cum sirupo violato ⁊ de nenufare: ⁊ de buglossa: ⁊ purgetur cum cassia fistula: ⁊ tamarindis. Si fuerit flegmatica: digeratur cuz sirupo diabuglossato: ⁊ oximelle diurectico: ⁊ sirupo d̃ acetositate citri: ⁊ purgetur cum hyerapigra acuata cũ diasinicone. Si fuerit melia digeratur cũ sirupo de boragine: ⁊ buglossa: ⁊ oximelle squillitico: ⁊ purgetur cum hyeralogodion: ⁊ acuatur cum ꝯfectione hamech. Si fuerit ex nimio sensu detur aromatica frigida cuz paucis calidis: vitet oẽm laborez. Nota: ꝙ crocus nõ debet dari in magna quãtitate: q: interficeret ridendo. Secretũ Gordonij: succus buglosse cuz gariofilis datus quolibet mane multum valet in tremore.

¶ De syncopi.

Syncopis est ablatio sensus: ⁊ motus in toto corpore 2ᵐ maiorẽ partẽ ꝓpter debilitatẽ cordis. Nota pº: ꝙ tremor: ⁊ syncopis nõ differũt nisi 2ᵐ magis: ⁊ minus: q: cause sunt fortiores in syncopi. Nota scd̃o ꝙ cause immediate syncopis sunt due .s. oẽ: qd̃ facit subito ad exhalationem caloris a corde: ⁊ quod facit ad cõculcationẽ caloris in corde. Cãe alie extrinsece: alie intrinsece: extrinsece: sunt res nõ nãles incõuenienter administrate subito: ⁊ in excessu .s. subita caliditas: ⁊ nimia: ⁊ sic de frigiditate: ⁊ de alijs: venenũ assumptũ: morsus reptiliũ .s. oẽ qd̃ subito inanit: ⁊ sił'r nimia repł'o. Cause intrinsece sunt passiones magne membroꝝ corporis: sicut in cerebro ꝓpter apoplexiam: ⁊ epilensiam: sicut in passionibꝰ stomaci nimia repł'o aut inanitio: ⁊ sicut pꝫ in canino appetitu: ⁊ bolysmo: ⁊ dolore stomaci: ⁊ mordicatione eius: ⁊ sicut pꝫ in colica: iliaca: ⁊ in fluxu vẽtris: nimio fluxu menstruoꝝ ⁊ ĩ nimio fluxu sanguinis ex naribꝰ: ⁊ in suffocatione matricis: aut ꝓpter nimiã repletionẽ: aut oppilationẽ: aut ꝓpter nimiam inanitionẽ aut propter nimiã cordis caliditatẽ aut frigiditatẽ: aut febres pestilentiales: aut ꝓpter p̃nᵐ paroxismoꝝ: aut propter dolores: aut accñtia intensa: que superueniũt febribꝰ: aut ꝓpter vulnera: aut apostª aut ꝓpter labores animales: ⁊ corporales. Curatio: in paroxismo syncopis fricentur extrema fortiter: ⁊ fiant ligationes dolorose. scd̃o vocetur alta voce: ⁊ sit in aere claro. 3º ꝓiciatur aqua rosata in facie: aut aqua frigida: nisi in tribꝰ casibus: si syncopis esset ꝓpter nimiam frigiditatẽ: aut ꝓpter nimiam repletionẽ: aut ꝓpter fluxum ventris quarto debemus applicare aromatica naribus .s. frigida in causa calida: ⁊ eꝯ excepto si esset syncopis ex suffocatione matricis: q: in suffocatione apponi debent fetida naribus: vt galbanũ: ⁊ assa fetida: ⁊ odorifera inferius ad matricẽ: vt alypta muscata 5º debemus exhibere vinũ: sed diuersimode: q: si causa fuerit inanitio: dꝫ exhiberi vinũ cum brodio carniũ: ⁊ si fuerit causa calida: detur vinuz cũ frigida: ⁊ si causa fuerit frigida: detur vinuz cũ aqua calida: ⁊ si fuerit ꝓpter repletionẽ detur vinũ purum aromaticũ: sed in ꝑua quãtitate 6º aperiatur os cum cultello ligneo: ⁊ fricetur lingua cũ tyriaca. 7º ⁊ vltº apponantur naribus sternutatoria: ⁊ si sternutat bonum est: si nõ: fugiat medicus insalutato hospite. Si aũt nõ sit in paroxismo sed timet: ꝙ veniat ꝓpter paroxismũ febris: aut q: vult facere flobotbomiã ⁊ alias nõ fecit: aut q: patitur tremorem cordis: aut q: est multũ formidolosus: tũc sumat aliquid aromaticũ puta vel bolum panis intinctum in vino: aut in succo citonioꝝ: aut in aqua rosata aut citri: aut in brodio carniũ: aut accipiat parũ de diacitoniten: aut de zuccaro rosato aut de diambra: aut de similibus. His visis curetur 2ᵐ diuersitatẽ causarũ: verbigrã si sumpsit venenũ capiat tyriacam: si fuerit ex accñtibus aĩ ꝯtristantibus inducatur gaudium: ⁊ sic de alijs. Si fuerit ex causa repletionis: subtilia regimen. Si fuerit ex causa inanitionis: elarga regimẽ: ⁊ semꝑ cũ aromaticis calidis: vł' frigidis: vt ꝯtrietur cãe.

¶ De passionibus mamillarum.

Mamilla est membrũ glandosum: album: ex venis: ⁊ arterijs cõtextũ ad gñonẽ lactis ordinatum: vt batalarius nouiter genitus nutriatur. Passiones sex accidunt mamillis. pª minoratio lactis. scd̃a superabundantia lactis. 3ª apostema. 4ª nodus: glandula: ⁊ duritics. 5ª corrosio: vlcus: ⁊ fistula. 6ª magnitudo mamillarũ: de quibus breuiter dicemus. Causa minorationis lactis est ꝓpter paucitatẽ sanguinis: ⁊ malitiã eius. Si fuerit ex nimio fluxu: restringatur cuz stipticis. Si fuerit ex ꝑuatione cibi: aut ex mala qualitate: aut ex labore: inducatur ꝯtrarium. Si fuerit ex aquositate: ⁊ ocior detur cibus calidus: ⁊ siccus: iniungatur exercitiũ. Si fuerit ex malo sanguine: rectificetur mala cõplexio: ⁊ si coł'a peccat: q: lac tendit ad citrinum: purgetur coł'a: ⁊ sic de alijs humoribus peccantibus. Cibaria: ex quibus multiplicat lac: sunt triticũ: farina eius: amidũ: rizum: ordeũ: farina cicerũ: fabaruz: sisamũ: oleũ eius: amigdale dulces: carice: gingiber album: ⁊ cinamonium: panis zuccari ex his põt fieri omnis cibus: ⁊ decoctio.

De nimia abundantia lactis: que est ex abundantia sanguinis: sanguis aũt vadit ad mamillas: ⁊ ꝯuertitur ad nãz lactis in tribus casibus .s. aut q: mulier cõcepit aut q: peperit: aut q: mestrua retenta sunt. Nunc aũt cũ exuberauerit lac in mamilla inducet dolores: tumores: duritiẽ: ⁊ casseationez: distinguitur ista casseatio ab apostemate: q: casseatio est in tota mamilla: apostema in altera pte tm̃. Curatio impossibilis: repercutiatur: ⁊ resoluatur cum aqua calida: ⁊ aceto embrocatis desuper frequẽter. Minoratur autez lac vno quatuor modoꝝ: aut cum valde desiccatiuis: sicut sunt lentes: fabe: ⁊ acetũ: aut cum fortiter infrigidatiuis: sicut mucilago psilij: citonioꝝ: ⁊ papillus: aut cũ fortiter resolutiuis: ⁊ calefactorijs: sicut est gũmi rute agrestis: aut cum nimis humectatiuis: sicut folia coriandri recentia: succus cucurbite: oĩa viuificant fetũ: ⁊ peruificant lac. Minuatur nutrimentuz: ⁊ desiccetur sanguis: ⁊ resoluatur: ⁊ infrigidetur: ⁊ humectetur. De casseatione lactis in mamilla dicendũ: que fit vel a nimio calore: qd̃ discernitur q: totum lac citrinũ est: ⁊ tota mamilla calida est: aliqñ casseatur a frigido: qd̃ discernitur: q: lac est valde aquosum: ⁊ tota mamilla frigida. Si aũt casseatio fiat a frigido: resoluatur cũ calidis resolutiuis: ista sunt sicut apiũ: succus blate: succus rute: fenugrecũ: anisum: cinamomũ: siseleos: abrotanũ: succus feniculi. Accipiamus ergo vnum vel plura ex istis: ⁊ cũ farina lupinoꝝ: myrrha: ⁊ croco: ⁊ vino albo faciamus emplm̃: ⁊ super mamillã apponamus. Si casseatio fit ꝓp caliditatẽ. ℞ succi cauliũ:

succi morelle: succi coriandri: succi portulace añ. cuz
oleo rosato ⁊ aceto: ⁊ farina ordei fiat emplm̄: ⁊ ad/
daŕ modicū croci: ⁊ myrrhe: vt frigida premperenŕ.
Illud aūt quod in vtraqꝫ causa resoluit cafeationē:
⁊ dolorē: ⁊ tumorē mamillarū supposito bono regimi
ne est acetum albuꝫ: ⁊ aqua: calefiant: ⁊ proijciantur
ex alto supra mamillam.

DE apostemate mamillarū: hoc aūt aut fit ex cā
calida: ⁊ tunc floboth^a ꝯueniens est de pte op/
posita: si plenitudo est magna ꝯuenientibus pticula/
ribus: si nō: de eadem pte: ⁊ mundificeŕ corpus scḋm
exigentiā humoris peccantis: ⁊ si mā est prope caput
mamille pone repercussiua: si non: cum repercussiuis
addanŕ resolutiua: qm̄ alr esset timenduꝫ ne mā iret
ad cor. In primis fomenteŕ mamilla cum aqua cali/
da: aceto: ⁊ oleo rosato ⁊ emplastreŕ cum farina faba
rum: ordei: ⁊ camomilla cū parua parte sandaloꝝ: ⁊
misceaŕ cum aceto: ⁊ vino albo debili: ⁊ fiat emplm̄:
deinde ponaŕ istud: qḋ maturat. ℞ medullaꝫ vituli:
vitellum oui: farinaꝫ fenugreci: ⁊ seminis lini: farine
volatilis molendini: ⁊ misce cū oleo zizamino: ⁊ fiat
emplm̄. Si mā fuerit frigida corpore mundificato
fomēteŕ cū aqua calida: aceto: ⁊ vino albo debili: de/
inde fiat emplūꝫ. ℞ risi vnč. ij. apij vnč. j. ꝯquassenŕ:
⁊ bulliant in vino albo debili: postea exprimaŕ vinū:
⁊ fiat emplm̄: ⁊ desuper ponaŕ: deinde matureŕ sic.
℞ radicis lilij: apij añ. vnč. j. fenugreci: sem. lini: fari
ne tritici: mirthe añ. vnč. v. croci ℥. ij. misceanŕ cum
melle: ⁊ fiat emplūꝫ: ⁊ si vis: ⁊ ꝙ aperiaŕ fiat emplūꝫ
de folijs ruthe: ⁊ ꝓsici recētib^9 cū felle bouis: ⁊ pōt rū
pi cū calce viua: ⁊ sapone molli: vł apiaŕ cū sagitella.

DE nodis: glandulis: ⁊ duritie mamillarum. ℞
dragantū: gummi arabicū: vitella ouoꝝ: oleū
violatū: misce: ⁊ fiat emplm̄: ⁊ si fortius operari vo
lueris: liquefiat cera: ⁊ pix in oleo rosato: ⁊ addaŕ mo
dicum fellis: ⁊ stercoris columbini: ⁊ fecis vini anti/
qui: ⁊ fiat emplastrum super duritiam: ⁊ glandulas.

DE corrosione: ⁊ vlcere: ⁊ fistula mamillarū. ℞
nucis cipssi: gallarū: cassie lignee añ. ℥. ij. aloes:
corticis thuris añ. ℥. j. litargerij ℥. iij. puluerizenŕ: ⁊
tēperenŕ in vino claro subrubeo tribus diebus: ⁊ tri/
bus noctibus: ⁊ postea simul bulliāt quousqꝫ veniāt
ad spissitudinē mellis: ⁊ tūc vlcus: ⁊ corrosio illiniaŕ:
⁊ illud valet in oī vlcere: ⁊ corrosione: ⁊ potissime in
membro nobili. Si aūt mamilla fuerit fistulata lauet
quotidie cū vino puro calido: vbi bulliat myrrha: ⁊
postea desicceŕ: deinde ℞. sarcocolle: aloes: puluerize/
tur: ⁊ misceaŕ cum melle: ⁊ inuoluaŕ tenta ⁊ in fistu/
la mittatur: ⁊ est de secretis contra fistulam.

DE magnitudine mamillarū: aliqñ mamille ni/
mis magnificanŕ: maxime in ꝑuis puellis: tūc
cōperitꝙ fomentenŕ non frequēter cū aqua: ⁊ aceto:
deinde operemur cū narcoticis: sicut est opiū: mādra
gora: iusquiam^9: papauer albū: mucilago psilij: ⁊ qḋ
diximus de mamillis: de testiculis idē intelligimus.

De fetore ascellarum: ⁊ totius corporis.

FEtor ascellarū: ⁊ totius corporis: si diu durauē
rit: ⁊ sine causa manifesta: leprā futurā signat.
Rectificeŕ igiŕ dieta: ⁊ regimē: ⁊ purgeŕ corpus cum
floboth^a ⁊ farmatia scḋm exigentiā humoris peccan
tis: deinde fiat balneū: deinde in exitu a balneo ablua
tur cū aqua decoctionis hyreos aluminis: litargyrij:
myrrhe: spice nardi: rosaꝝ: deinde aromatizenŕ ascel
le: ⁊ totuꝫ corpus sic. Resoluanŕ alypta muscata: san/
dali puluerizati: ⁊ rose in aqua rosata: vel oleo lauri/
no: ⁊ illiniantur ascelle: ⁊ totum corpus.

De passionibus stomaci: ⁊ intestinorum
primo de difficultate transgluciendi.

TRansglutio cibi est motus compositus ex vir/
tute animali sensibili mouente voluntarie: ⁊ ex
motu nāli: membruꝫ aūt: per qḋ fit operatio: est meri:
deseruit enim stomaco in deglutione cibi. Meri autē
est membrū cōpositū ex duabus tunicis: ⁊ carne: tuni
ca aūt interior hꝫ villos longitudinales: cuꝫ quibus
fit motus voluntarius: tunica aūt exterior habet vil/
los transuersales: cum quibus fit motus nālis: nunc
aūt transglutio fit ꝓ^o: ⁊ principalr cuꝫ villis longitu
dinalibus interioribus: qui mouent voluntarie: ⁊ cū
villis latitudinalib^9 exterioribus: qui mouent nālr:
⁊ ideo motus transgluciendi facilis est: cū illa se hn̄t
scḋm nām. Vomitus aūt fit cū vilis exterioribus ⁊
ideo fit cū difficultate carnesitas aūt abundat circa
tunicā exterioreꝫ: nunc aūt sicut via anhelitus est si/
tuata in pte anteriori: ita via cibi: que appellaŕ me/
ri: seu hysophagus est in pte posteriori versus colluꝫ:
⁊ spondilia: nunc aūt actio transgluciendi aliqñ au/
ferŕ: cum nō pōt deglutire: aliqñ minuiŕ qñ fit cū dif/
ficultate aliqñ corrumpiŕ: qñ fit cum tremore: ⁊ titil/
latione. Cause difficultatis aliqñ sunt ex pte meritali
quādo ex parte membroꝝ vicinoꝝ. Si ꝑpter mēbra
vicina: sicut ꝑpter dislocationē spondiliū: aut ꝑpter
squinantiam: aut ꝑpter id: quod transglutiŕ: ⁊ ita de
alijs. Si ꝑpter meri: est propter tria: aut ꝑpter ma/
litiam cōplexionis: aut ꝑpter apost^{ta}: aut propter vl/
cera: malitia cōplexionis alia est calida: alia frigida:
alia sicca: ⁊ alia humida: apostemata quedā calida: ⁊
quedā frigida. Propter debilitatē virtutis accidit
sic illis: qui patiunŕ fortes egritudines: aut cronicas:
aut sunt cōualescentes: aut senes. Curatio: nota ꝑmo
tres regulas ꝑ^a est: qñ daŕ aliquid ꝑ passionibus me/
ri: oportꝫ: ꝙ diu teneaŕ in ore: ⁊ paulatine transglutiaŕ.
scḋa est ꝙ tunc nullus sumaŕ potus: q2 nimis cito fa/
ceret descendere. 3ª medicina: que applicaŕ ad extra:
appliceŕ collo: ⁊ inter duas spatulas: q2 versus illas
ptes transit meri. Tunc si fiat ꝑpter dislocationē spō
dilium: cureŕ dislocatio: si fuerit ꝑpter squinantiam:
tūc curenŕ circa spatulas: si ꝑpter ea: que attrahunŕ:
apponanŕ lenitiua: sicut ficus: liquiritia. Si propter
debilitatē virtutis: denŕ restauratiua: sicut oua sorbi
lia: medulla vituli: carnes volatiliū: pisces squamosi:
vngaŕ cuꝫ oleo violato: sisamino: ⁊ amygdalarū dul/
cium: vtaŕ electuario resumptiuo: draganto frigido:
⁊ vtaŕ lacte: ⁊ balneo. Si ꝑpter malam cōplexionem
siccam fiat vnctio: si ꝑpter malam cōplexionē calidā
vtaŕ sirupo violato: ⁊ nenufarino: emplastreŕ collum
ex mucillagine psilij: ⁊ citonioꝝ: sandalis: ⁊ spodio:
vtaŕ pillulis bichichijs: ⁊ teneat in ore. Si fuerit ex
mala cōplexione frigida: bulliāt ista in oleo laurino:
⁊ costo. s. myrrha: storax calamita: spica nardi: casto/
reuꝫ: armoniacū: intingaŕ lana: ⁊ ponaŕ supra collū:
inter duas spatulas: ⁊ vtaŕ isto electuario. ℞ diayris:
diacalamēto: rosata nouella: plyris: diatrion pipeon
añ. vnč. ij. fiat sirupus ď maiorana: beronica: ⁊ vtroqꝫ
calamento: assaro: aniso: ⁊ matarro: ⁊ melle. Si fuerit
mala cōplexio humida: bulliat hysopus in oximelle
diuretico: ⁊ vtaŕ eo: ⁊ purgetur cū hyerapigra: ⁊ fiāt

ea: que

eaꝫque dicta sunt in mala cōplone frigida ex mālibꝰ. Si fiat pp apostᵃ curet apostᵃ ponēdo empla sup spatulas scōm ꝙ conuenit si sit frigidū: vel calidum ⁊c.

¶ De debilitate appetitus.

Desiderium cibi: ⁊ potus est appetitus stomaci inanitionē sentientis: nunc aūt Fames est appetitus calidi: ⁊ sicci in rōne cibi: ⁊ sitis est appetitus frigidi: ⁊ humidi in rōne potus. Uirtus desideratiua idest appetitiua ꝓprie pertinet orificio stomaci: sicut transglutio pertinet meri: ⁊ digestio fundo stomaci. cōponit aūt hec virtus ex nāli: ⁊ animali: ⁊ ideo qñ stomacus: ⁊ alie se hñt 2ᵐ nām tunc actio est bona: ⁊ qñ est preter nām: tunc aut actio aufert: aut minuit: aut corrumpit: nūc de ablatione: ⁊ minoratione agit hic: que dñt scōm intensum: ⁊ remissum. Causa debilitatis aut est extrinseca: aut intrinseca: si extrinseca: sunt res nō nāles non ꝯuenīter administrate. s. caliditas nimia aeris: vel frigiditas: nimius labor. i. motus: nimius cibus: vel potus: somnus superfluus: ⁊ sic de alijs. Causa intrinseca aut est ꝓpter stomacum: aut propter alia mēbra: si ꝓpter stomacū: est propter tria: aut ꝓpter ablationē virtutis sensitiue stomaci: ex hoc: ꝙ spiritus nō venit a cerebro: ⁊ ita non sentit inanitionē suam: aut est ꝓpter malam cōplexionem frigidā stomaci: aut ꝓpter nimiū calorē: ⁊ ista causa euenit frequētius. Si ꝓpter alia mēbra: aut propter catarrum: aut ꝓpter fortes febres: aut ꝓpter fluxum ventris: aut qꝛ splen nō mittit melīam ad stomacū: aut nimis mittit: aut ꝓpter fluxum mestruoꝝ: aut retentionē: aut ꝓpter vermes: aut ꝓpter conceptum: ⁊ apostemata. Curatio: pᵒ debemus vitare crocū: ⁊ butyrum: ⁊ oīa vnctuosa: ea: que ꝓuocant: sunt oīa acutataromatica: sicut cepe: allia: porri: syncopis: piper: cinamomum: gariofili: spica nardi: ⁊ nux muscata: ⁊ omnia stiptica menta: absynthiū: mastix: thus: storax calamita: lignū aloe: succus citonioꝝ: gallia muscata: sandali: ⁊ oīa acerosa: sicut acetū vini: acerositas citri: ⁊ citrāguli: ⁊ limonis: ⁊ oēs cōfectiones: q̄ sunt ex eis: vt tyriaca: metridatū: diacitonitem: diambra: ⁊ zuccarū ⁊ mel. In causa calida dentur frigida stiptica: ⁊ in frigida dent calida stiptica: ⁊ vtat sirupis calidis: ⁊ frigidis scōm materiam: ⁊ sic de alijs.

¶ De debilitate digestionis.

Digestio fit in fundo stomaci: digestiua stomaci aliqñ aufert: aliqñ minuit: aliquando corrumpitur: ⁊ hoc accidit 2ᵐ diuersitatē causarum: hoc aūt accidit ꝓpter causas intrinsecas: aut extrinsecas: cāe extrinsece sunt sex res nō nāles non cōuenīter administrate. Si ꝓpter causas intrinsecas: aut ꝓpter stomacū: aut propter alia mēbra: si ꝓpter alia mēbra: sicut propter passiones cerebri: vt reuma: aut propter passiones cordis: vt tremor: aut ꝓpter passiones epatis: qꝛ mittit nimis de colā: aut ꝓpter splenem: qꝛ nimis mittit de melīa. Si rōne stomaci aut rōne male cōplexiōis: vel male cōpōnis: vel solute ꝯtinuitatis: ⁊ aduenit indigestio rōne debilitatis: ⁊ si fit rōne male cōplexionis: aut calide: aut frigide: aut humide: aut sicce: aut cum mā: aut sine mā. Et si mala compositio nimia oppilatio in via: aut apostᵃ in quātitate nimia paruitas: vel nimia quātitas: aut peccatum in situ: ⁊ ita de alijs. Si venit ꝓpter solutionē cōtinui: aut intrinsecus: aut extrinsecus: aut qꝛ dolet in se: aut pp dolorē alioꝝ membroꝝ. Stomacus patit ablationē digestionis: sicut pz in lyenteria: aut minorationem qñ cibus multum morat in stomaco: ⁊ cū grauitate: aut patit corruptionē: sicut pz in eructuatione acetosa: aut fumosa: aut saporosa alicuius male qualitatis: ⁊ ita de alijs. Curatio circa causas extrinsecas: ordina oppositum: si pp cās intrinsecas: ⁊ ꝓpter stomacum: tunc det cibus digestibilis in parua quātitate: ⁊ frequēter ⁊ rectificet mala ꝯplo stomaci p ꝯriū: ⁊ si ꝓpter egritudines aliorum membroꝝ: curent ille. Si fuerit apostᵃ stomaci: curet apostᵃ. Dieta sit tenuis: det ordeatū: auenatū: lac amygdalarū: lactuca: aqua ordei: sirupꝰ violatus: oīa dent calida: deinde fiat flobothᵃ si ꝑticularia ꝯueniūt: ponat emplm supra stomacū de herbis frigidis: portulaca: plātagine: absynthio: cū aqua rosata. Utat tali sirupo. ℞ absynthij: scariole lactuce vnč. iij. quatuor senium frigidoꝝ: draganti: liquiritie mūde añ. vnč. j. zuccari lib. j. deinde purget cū vnč. j. cassie fistule munde: ⁊ det ante diē: deinde fiat emplm fortius cum absynthio: enduiia: malua: scariola añ. vnč. j. mastice vnč. ʃ. farina ordei vnč. ij. ꝯquassatis fortiter: ⁊ bulliant: ⁊ fiat emplm: ⁊ si emplm fiet calidū pᵒ fiat emplū de absynthio: camomilla: apio: ⁊ rosis: ⁊ posset addi maluā: spicā: ⁊ hmōi: masticem: thus: fenugrecū ⁊c. ⁊ capiet sirupū acetosum de duabus radicibus: cum decoctione absynthij: fenniculi: hysopi: ⁊ capillo veneris ⁊ non separentur stiptica a maturatiuis: ⁊ resoluentia.

¶ De canino appetitu.

Appetitus innālis est quadruplex: quidā vocat caninus: quidā bolysmus: ⁊ quidā vocat Fames syncopalis: ⁊ quidā appetitus corruptꝰ. Caninus appetitus est intensus: ⁊ insatiabilis: ⁊ quanto plus comedit, tanto magis appetit: ⁊ dicit caninus: qꝛ sicut canis nūquā satiat: immo reuertit ad vomitum: sic qui hunc appetitū patit nunquā satiat: ⁊ sicut diabetica passio est sitis insatiabilis: ita caninus appetitus est Fames insatiabilis. Causa huius appetitus est triplex: caliditas resoluens: cuius signū sitis: ⁊ vt plurimū ꝯstipatus: ⁊ apparent signa ꝯplexionis calide. 2ᵃ causa frigiditas cōprimens: cuius signū fluxus ventris: pauca sitis: ⁊ ventositas. 3ᵃ causa est flegᵃ acetosum existens in orificio stomaci: signum huius paruitas sitis: ⁊ eructatio acetosa. Curatio prime cause est, in dando oīa: que sunt dure digestionis: ⁊ cauere ab acetosis: ⁊ vti frigidis: in secūda causa debēt dari oīa: ⁊ vnctuosa: ⁊ pinguia: ⁊ butyrosa: ⁊ si est cū materia frigida vel flegmatica vel melīca: digeratur talis materia: ⁊ euacuetur.

¶ De bolysmo.

Bolysmus est appetitus intensus: ⁊ cum incipit desinit: ⁊ accidit frequēter itinerantibus: per loca frigida: ⁊ niuosa. Causa huius est inanitio corporis: ⁊ repletio stomaci nauseatiua cū debilitate eius: ⁊ ideo cum stomacus infrigidat incipit appetere: ⁊ ēt rōne inanitionis totius corporis: ⁊ cū incipit desinit: quia stomacus repletus est: ⁊ virtus debilis: ⁊ virtus appetitus in hoc incipit mortificari: ⁊ destruit: quare opꝫ vt extrema pūgant. Curatio: si stomacus peccat per frigiditatē: vtat calidis aromaticis: ⁊ purget mā in stomaco existēs: ⁊ vtat digestiuis. s. decoctione absynthij. Si vero stomacus peccat per caliditatē: vtat frigidis aromaticis: ⁊ purgetur: ⁊ digeratur materia cum sirupo rosato ⁊ violato: ⁊ huiusmodi.

¶De fame syncopali.

Fames syncopalis est fames: per quā incurrūt syncopim. Pro quo notat q̄ aliqui hn̄t orificiū stomaci ita debile ⁊ sensibile: q̄ non pn̄t ieiuniū tolerare: ⁊ ideo si in hora famis careant cibo: de facili incurrunt syncopim. Curatio: aut isti sunt actu in syncopi: aut nō. Si sunt actu: fricent̄ extrema fortiter: ⁊ ligent̄ ligatione dolorosa: ⁊ trahant̄ p nares: ⁊ digiti cōplicati fortius frangant̄: ⁊ aspergant̄ aqua rosata: vtant̄ pane intincto in vino: vtant̄ brodio carnium. Q; si pticularia vergunt ad caliditatem fiat: sicut dictum est in cura bolysmi: ⁊ si vergunt ad frigiditatez fiat sicut dictum est.

¶De corrupto appetitu.

Corruptus appetitus est appetitus enormis: ⁊ irrationabilis. s. cum aliquis appetit comedere terram carbones: carnes crudas: fructus nouellos adhuc pōticos: sicut videmus in mulieribus pregnātibus. Causa huius est ꝓpter humores corruptos: maxime melēcos existentes in stomaco infitientes stomacum: ⁊ ita corrumpūt stomacū. Curatio est purgatio humoꝝ corruptoꝝ a stomaco: ⁊ ideo ꝯueniens est vomitus eius ante cibum: ⁊ frequēter si nō sit pregnās: ⁊ magis accidit mulieribus q̄ʒ viris ex retētione menstruoꝝ: det̄ sirupus oximel simplex: vel squiliticum: ⁊ purgetur cum aloe: ⁊ mirabolanis: ⁊ confortetur stomacus cum aromatibus calidis.

¶De siti intensa.

Sitis est appetitus frigidi ⁊ humidi in rōne potus: sicut fames est appetitus calidi: ⁊ sicci in rōne cibi. Potus aūt necessarius est: vt faciat cibum descendere: ⁊ transire ad mēbra. Sitis aūt aliqñ aufert̄: aliqñ intendit̄. Si auferat̄: hoc est ꝓpter malam cōplexionē frigidam stomaci: aut humidā: aut ꝓpter vtrāq; : aut propter passionē capitis: sicut est nimia melēia: aut propter ablationē sensus: intēdit̄ aūt sitis aut a causis extrinsecis. s. sex rebꝰ nō nālibus aut aere nimis calido: aut motu laborioso: aut cibis salsis: vel calidis: ⁊ similibus. A causis intrinsecis aut a stomaco: aut rōne alioꝝ membroꝝ a stomaco est ꝓpter cōplexionē calidam: ⁊ siccā: aut q2 cola abundat in stomaco: vel flegᵃ salsū: vel p medicinā sumptā. Rōne alioꝝ membroꝝ: vel propter caliditatē epatis: vel renum: vt in diabete: ⁊ rōne catarri salsi: ⁊ multorum alioꝝ: quia ꝓpter oppilationes epatis vt in hydropisi. Curatio est: si a causis extrinsecis: remouere illas: ⁊ vti cōtrarijs. Si a causis intrinsecis alioꝝ mēbroꝝ: remouere illas causas. Si causa stomaci: si sit mala cōplexio calida cum mā: purgare mām illam: ⁊ digerere cū ꝯrijs: q̄ satis nota sunt: ⁊ a pn̄ᵒ det̄ cassia: post sirupos vero: detur medicina: que respitiat coleram.

¶De eructatione.

Eructatio est ventositas fumosa ex indigestione stomaci ꝓueniens ad superiora proiecta a virtute expulsiua stomaci. Nota circa istam mām: q̄ ventositas generat̄ a calore debili resoluente mām in vaporē non potente eaʒ ꝯsumere: nunc aūt iste vapor ventosus sic gn̄atus aut expellit̄ per superiora: aut p inferiora aut remanet in medio. Si p supiora causat eructationem: si p inferiora cū sonitu causat peditū: si sine sonitu causat trullaʒ: si aūt remanet in medio: ⁊ ventositas iuncta fuerit cum humiditatē causat rugitum: si nō causabit tortiones 2ᵐ q̄ ventositas vadit p loca ampla: vel stricta: ⁊ 2ᵐ q̄ ē grossa: vel subtilis: ⁊ 2ᵐ hoc facit diuersas melodias: ⁊ ꝓportiones harmonicas: sicut dicit Gal. 6ᵒ de morbo. Cause vero sunt extrinsece. s. ex sex rebus nō nālibus non ꝯuenienter administratis: verbi gratia ꝓpter cibos ventosos: ⁊ alia sim̄r: vel a causis intrinsecis: aut ꝓpter stomacuʒ: aut ꝓpter alia mēbra: si propter alia mēbra: vt ꝓpter egritudines epatis: ⁊ venarū meseraicarum: ⁊ ita de alijs: que virtutē digestiuā stomaci impediūt. Si pp stomacū: aut ꝓpter malam cōplexionez stomaci: aut propter malos humores: ⁊ si ꝓpter humores: aut colericos: aut flegmaticos aut melēcos: qui virtutē digestiuam stomaci corrūpunt: ⁊ diuersas causant eructationes: q2 quedā fetida est: quedā fumosa: ⁊ quedam abbominabilis: sicut odor pisciū corruptoꝝ: aut ouorum frixoꝝ: aut carniū rancidarū: ⁊ ita de alijs: ⁊ q2 corruptio digestionis nō pōt rectificari per alias digestiones: ideo cū maiore diligētia insistendū. Curatio: si ꝓpter res extrīsecas: remoueant̄: ⁊ rectificet̄ dieta. Si ꝓpter passionē alioꝝ membroꝝ: curent̄ alia membra. Si propter malā complexionē stomaci calidam: alteret̄ cuʒ sirupo rosato violato nenufarino: ⁊ ex his fiat emplm̄ super stomacū ex rosis: sandalis: ⁊ similibus: ⁊ si esset cola: purget̄ cum mirabolanis citrinis: ⁊ cassia fistula: ⁊ alia frigida in sex rebus nō nālibus applicent̄. Si causa fuerit frigida: det̄ sirupus de decoctione absynthij: cum oximelle simplici: vel squilitico: ⁊ purget̄ cū diafinicone: ⁊ det̄ tyriaca: ⁊ similia. Electuariū p ventositate stomaci expertuʒ a me. Rx diacalamenti vnc̄. j. pulueris hyreos vnc̄. j. gingiberis ʒ. j. cinamomi ʒ. s. passularū vnc̄. ς. ameos: syleris motani añ. ʒ. j. zuccari vel mellis quātū sufficit.

¶De singultu.

Singultus ē quasi spasmus stomaci repleti: aut inaniti ꝓpter expulsionē nociuoꝝ. Nota: q̄ exquisite loquēdo singultus nō est spasmus: sed d̄r spasmus pp ꝯueniētiā: quā habet cū spasmo: vnde sicut spasmus fit ex inanitione: ⁊ repletione: ita ⁊ singultꝰ: sed d̄nt: qm̄ spasmus semper est motus preter nām: ⁊ cum hoc cū retrahit̄ nō reuertit̄: nec extendit̄ se: sʒ singultus pōt esse motus 2ᵐ nām: ⁊ cum hoc lʒ retractio fiat: postea tñ fit extensio: vt nociua expellantur quantū in ipso est motus. Fit aūt singultus hoc mōr: cum aliqua res nociua inuiscat̄ in villis: ⁊ sba stomaci: tunc virtus animalis sensibilis sentit illud: ⁊ tunc suscitat virtutē expulsiuā: ⁊ cum magno impetu nititur expellere rem nociuā: talis motus impetuosus: ⁊ fortis dicit̄ singultus: ⁊ sic p eundē modum fit sternutatio: sicut dicit Gal. 6ᵒ de morbo. Causat̄ ergo singultus ex repletione: ⁊ inanitione: ex apostemate ⁊ vlcere: ⁊ sic de alijs. Cause aūt sunt extrinsece: aut intrinsece: extrinsece ex sex rebus nō nālibus: nam cuʒ stomacus pueri infrigidat̄ incurrit singultū. Si sunt intrinsece: aut est ꝓpter stomacū: aut propter alia mēbra: sicut cassus: percussio: fractura cranei: apostema epatis: ⁊ hmōi. Si propter stomacū: aut ꝓpter humores frigidos inuiscatos: aut ꝓpter calidos pūgitiuos: aut ꝓpter apostema aut vlcera: aut propter nimium sensum. Signa distinguentia inter humores frigidos: ⁊ calidos sunt: si ex humore frigido viscoso: sentiet vētositatē: que eleuat̄: si a calido punctionē ⁊ amaritudinem in ore: ⁊ inflāmationē. Curatio: si sint cause extrinsece: reducant̄ ad tēperamētū. Si pp intrinsecas

alioꝝ

alioꝝ membroꝝ: curent̃ ille male dispositiones alioꝝ mẽbroꝝ. Si pp stomacũ: si cã fuerit calida: ⁊ digerat̃: ⁊ purget̃ illa mã calida stomaci. Si vero fuerit frigida: consilr digerat̃: ⁊ purget̃: ⁊ vtaꝫ dieta ꝯueniente.

¶ De fastidio stomaci.

DE fastidio stomaci dicendũ. Est aũt fastidium abhominatio cibi: ⁊ potus: quasi cuꝫ quadam nausea: ⁊ appetitu vomendi ꝓpter corruptionẽ cibi: ⁊ potus: ⁊ humoꝝ in stomaco existẽtiũ. Causa aut est extrinseca: ⁊ sic sunt sex res nõ nãles inconuenienter administrate: aut intrinseca: ⁊ sic vel mã fluit ad stomacũ ab alijs mẽbris: vel est in stomaco: que corrũpit cibum: ⁊ potũ: ⁊ debilitat virtutẽ digestiuã stomaci. Curatio: fit remouendo malaꝫ mãm a stomaco cum appropriatis: deinde alterare: ⁊ rectificare malam cõplexionẽ: ⁊ licet talis mã possit esse indifferẽter ex quocũqꝫ humore: tñ scđm plurimũ fit ex mã flegmatica det̃ digestiuũ oximel simplex cuꝫ decoctione absynthij: ⁊ passularũ: ⁊ digesta purget̃ cum vnc. ʒ. electuarij de hyera Gal. addendo ℥. j. diafiniconis: ⁊ distempera cuꝫ decoctione recenti: ⁊ cordiali addendo anisum: feniculum: mentã: ⁊ calamentũ in decoctione. Pro alteratione male cõplexionis frigide fac fomentũ ad stomacũ. ℞ absynthij: menthe: rosarũ: calamenti añ. m. j. bulliant in vino rubeo p horaꝫ: postea colet̃: ⁊ adde gariofiloꝝ: calami aromatici: spice nardi añ. ℥. ij. ⁊ fomentet̃ stomacus: deinde inunge cum oleo de spica: ⁊ de absynthio additis gariofilis. Et Gentilis inquit si supra stomacũ ponat̃ medulla panis intincta in maluatico: ⁊ super aspersa gariofilis: ⁊ cinamomo: ⁊ posita supra stomacum mirabiliter iuuat: ⁊ confortat stomacum.

¶ De vomitu stomaci.

VOmitus est expulsio mãe cõtente in stomaco p supiora: siue fuerit cibus: siue potus: siue sanies siue aquositas. Anastropha appellat̃ facilis cibi expulsio p superiora: sed cathastropha appellat̃ facilis cibi expulsio p inferiora: aliqñ etiaꝫ fit vomitus sanguinis. Cause intrinseca: aut sunt in alijs membris mittentibus ad stomacũ: aut sunt in stomaco: q̃ sunt ab alijs mẽbris interpollate veniunt: ⁊ apparent alique passiones illorum membroꝝ: que vero veniunt a stomaco sunt magis ꝯtinue: ⁊ stomacus patit̃: ⁊ non alia mẽbra. Curatio: fiãt diuersiones p clysteria: ⁊ fricationes: deinde curet̃ membrũ mãdans: deinde mũdificet̃ stomacus: deinde ꝯfortet̃: ita: ꝙ frigidus ꝯfortet̃ cum calidis stipticis aromaticis: calidus cũ frigidis stipticis. Gordonius inquit vltm remediũ est potare apium cũ succo plantaginis: ⁊ croco. Auer. laudat ad firmandũ vomitum qñ prouenit mã colerica pulsa ad stomacũ dare trociscos stelle. s. ℥. ʒ. in pillulis. Nota: ꝙ vomitus nõ cõpetit in ꝯseruatione sanitatis: sed in preseruando: ⁊ ꝓpterea Auic. ⁊ quidam alij cõmendãt vomitũ semel in mense: tñ multuꝫ cauendũ est a mala ꝯsuetudine: ne humores ad stomacũ fluant. Nota: ꝙ si cibus descendat ad inferiora: tunc stiptica cõpetunt ante cibũ: ⁊ si ad superiora: cõpetũt post: ⁊ si simul fluit ad inferius: ⁊ superius: ⁊ ante cibum: ⁊ post cibum competunt.

¶ De colyrica passione.

COlyrica passio sic describit̃: ẽ acutissima passio cum vomitu: ⁊ fluxu ventris immoderatis: ad quã sequit̃ dolor vehemens: ⁊ aliqñ syncopis. Nota: ꝙ hec passio ꝯuenit 2m Rasim a mã colerica: sed ẽm Gordoniũ causa huius passionis est duplex: aliqñ. n. venit ꝓpter corruptionẽ cibi in stomaco corrupti trãsmissi ad intestina: ⁊ aliqñ venit ꝓpter corruptionem humoꝝ maloꝝ. s. flegmaticoꝝ vel colericoꝝ: quãuis nõ sit inconueniẽs aliqñ talem passionẽ venire ꝓpter mãm melicam incensiuã: acutã. Inquit Gordonius. Colyrica passio est angustiosa cibi corrupti descensio: deinde expulsio p superiora: ⁊ inferiora. Serapio colyrica passio est hesitatio cõmestoꝝ: que nõ digerunt̃: quoꝝ alia mouent̃ sursuꝫ alia ad inferiora euacuant̃ comesta: que corrũpunt̃ sunt acetosa corrupta: ⁊ ĩ eis est amaritudo parua. Curatio: si cã est in stomaco. s. mã corrupta: aut est in stomaco calido ꝓpter paucitatem cibi: qꝛ stomacus calidus corrũpit paruũ cibuꝫ: raro tñ accidit hoc. Rasis dat in potu aquã calidam multoties: moderni addunt modicũ: miue: vel sirupi de ribes: in isto casu tunc ꝯuenit aqua cocta cũ modico zuccari rubei pp melius abstergere: ⁊ lauare ipm: postea fomentet̃ stomacus sic. ℞ menthe: absynthij: rosarũ: myrthi: sumach: balaustiaruꝫ: nucum cipressi añ. m. j. bulliant in vino nigro: deinde colet̃: ⁊ fomentet̃ stomacus: deinde inungat̃ cuꝫ hac inunctione. ℞ olei de absynthio: olei masticis: olei citoniorum añ. vnc. ʒ. pulueris electuarij ꝯstrictiui ℥. ij. pulueris gariofiloꝝ: ⁊ nucis muscate añ. ℥. j. misce: postea supra inunctionẽ ponat̃ tale cerotũ ꝯstrictiuũ. ℞ pulueris electuarij ꝯstrictiui ℥. ij. rosarũ: coralloꝝ añ. ℥. ij. thuris: masticis: gariofiloꝝ: nucis muscathe añ. ʒ. ij. resine quantũ sufficit ⁊ fiat cerotuꝫ. Si vero causa est pp humorẽ flegmaticũ salsum: tunc fiãt remedia supradicta: ⁊ det̃ sirupus. ℞ oximellis cõpositi: mellis rosati colati sirupi de citonijs añ. vnc. ʒ. aque absynthij: aque fenniculi añ. vnc. j. misce: ⁊ sumat in matutinis. Si vero dicta passio causet̃ a mã colerica: tunc subito fiat embroca supradicta: ⁊ frigide inũctiones: ⁊c. epithimata: ⁊ electuaria frigida. Si dicta passio causet̃ a mã melica facias embrocas supradictas: ⁊c. que appropriant̃ humori melico. A mã sanguinea non põt causari talis passio: quãuis vomitus sanguineus possit fieri: ⁊ de hoc auctores nihil dicũt: ⁊ tunc remedia dicta supra conuenirent.

¶ De inflatione stomaci: ⁊ dolore.

INflatio stomaci est ventositas aggregata in stomaco ꝓpter debilitatẽ virtutis digestiue inducens tumorẽ: ⁊ inflationẽ: ⁊ eructationẽ: gurgulationem: tortionẽ: ⁊ rugitũ: qꝛ quando calor est debilis p cõparationẽ ad materias: tunc generat̃ ventus: quia tunc potens est dissoluere: ⁊ nõ cõsumere. Cause sunt extrinsece: vel intrinsece si extrinsece: tũc sunt sex res nõ nãles indebite administrate: si intrinsece: aut ẽ pp stomacũ: aut pp alia mẽbra: aut est ꝓpter oppilonem meseraicarũ: aut ꝓpter intestina supiora: vel inferiora: aut myrach: a quo myrachia passio accidit: aut ꝓpter splenem: aut epar: aut propter matricẽ. Si pp stomacũ: aut rõne sui: qꝛ non põt cibum digerere aut rõne cibi. Si rõne sui: ꝯfortet̃ stomacus cũ aromaticis p viã fomenti: ⁊ fiãt empla: ⁊ cerota: ⁊ vnctiones. Si pp alia mẽbra corrigant̃: ⁊ rectificent̃ illa alia mẽbra. Electuaria ꝯ̃ ventositatẽ diagalãga: diaciminũ: aromaticũ rotus dianisum: ⁊ alia hmõi. Singulare remediũ ẽ bibere aquã cũ vino: ĩ q̃ decocta sint mastix: ⁊ cãnella añ. ʒ. ʒ. Rabi moyses auctoritate Gal.

¶ De dolore stomaci.

Dolor stomaci est actio lesa virtutis sensitiue stomaci .s. actio corrupta. Cause eius aut sunt extrinsece: aut intrinsece: si extrinsece sunt sex res non nāles nō conuenienter administrate: tā aere nimis calido: vel nimis frigido: vel cibo: ⁊ potu in quātitate: vel qualitate: vel hora nō ꝯuenienti. Remoueant̄ ille cause: ⁊ si esset ex cibo venenoso: ꝓuoca vomitū si est possibile cū aqua calida vnc. iiij. ⁊ sirupo aceroso vnc. j. postea exhibe sibi ʒ. j. tyriace distemperatā cū vino albo. Si vero causa est intrinseca: aut sanguis: aut co˜la: aut flegᵃ aut melia ē: si sanguis: fiat flobotͥᵃ de basilica: vel de vena cōi: postea da digestiuū 2ᵐ humorem: ad quē sanguis magis appropinquat: postea euacua. Si co˜la sua acuitate facit dolorē tenta si pōt euomere: postea da digestiuū cum sirupo aceroso: ⁊ sirupo de endiuia: postea da pulpe cassie: vel manne vnc. j. reubarbari infusi ʒ. j. ⁊ adde electuarij de psilio ʒ. j. distēpera cū decoctione recenti: ⁊ cordiali: postea fomenta stomacū cum rosis: myrtho: absynthio: ⁊ mēta bullitis in aqua: ⁊ vino: ⁊ postea colature adde corallorū rubeorū: masticis: carabe: ⁊ gariofiloꝝ añ. ʒ. j. ⁊ postea fiat inunctio ex similibus. Si vero dolor fiat a mā flegmatica qđ est vt plurimū: purget̄ stomacus cū vnc. ς. electuarij de hyera: vel cū ʒ. j. pillularum de hyera: ⁊ de˜t digestiuū ex oximelle simplici cum decoctione absynthij: postea purgent̄ cum vnc. ς. electuarij de hyera: ⁊ ʒ. j. electuarij de psilio distēperatis cū decoctione recenti: ⁊ cordiali. postea fac fomentationē ad stomacū cum absynthio: menta: calamento bullitis in vino rubeo: ⁊ colatis illis adde gariofilorū: calami aromatici añ. ʒ. j. ⁊ fiat inunctio ad stomacū cum oleo de absynthio: de spica añ. vnc. j. gariofilis: ⁊ calamo aromatico: ⁊ corallis añ. ʒ. ς. cere quātum sufficit. Si mā sit melica: que faciat dolorē .s. ꝓp venenositatē: quam facit: euacua mām illam: ⁊ prius digeras cū oximelle squilitico: ⁊ sirupo de pomis. Sabor regis: ⁊ cū aqua buglosse: ⁊ melisse: ⁊ postea euacua cū ʒ. ij. pulueris sene: ⁊ ʒ. j. ꝓfectiōis bamech: postea fomenta stomacū cum superiori fomento: ⁊ inunge cū illa inūctione. De dolore stomaci ꝓpter fungos malos. Remediū optimū est dare vnū cyathū olei ad bibendum: vt euomat: ⁊ cū hoc remedio audiui multos sanari: hoc est remediū Gal. factū in syncopi ꝓueniente a co˜la existente in ore stomaci: q2 dicit aut euomet: aut mollificabit ventrem: vt ꝑ deorsum mittat. Ad dolorē stomaci ⁊ matricis experimentū mirabile in frangēdo ventositatē ⁊ ꝓuocādo mēstrua. ℞ saturegie puluerizate ʒ. j. sumat ieiunus cum vino albo.

¶ De passionibus intestinorum.

Primo de lyenteria dicendū. Est aūt lyenteria fluxus ventris: in quo cōmesta: ⁊ bibita egrediunt̄ in eisdē quātitatibus: ⁊ qualitatibus: in qbus accepta sunt ꝓp debilitatē ꝯtentiue stomaci: ⁊ intestinorum superiorꝝ: ⁊ vlcera corꝝ. Notat circa istā mām Gordonius. Q2 fluxus ventris est multiplex: quidā vocat̄ anastropha: q est velox expulsio cibi ꝑ supiora ⁊ qdā vocat̄ cathastropha: q est velox cibi expulsio ꝑ inferiora: ⁊ sic colyrica passio est velox expulsio ꝑ supiora: ⁊ inferiora: cuius cā est humor corruptus ī stomaco: qui transit ad mēbra: ⁊ iterū reuertit̄ ad stomacū: ⁊ nā subito: ⁊ cū impetu expellit ꝑ superiora: ⁊ inferiora: q2 sentit ꝑūcturā. Lyenteria est fluxus cibalis: in quo nā non egit aliquid: de quo sit curandū: nec est facta trāsmutatio ad chilum: nec ad chimū: ⁊ ante tēpus expulsus est. Dyaria est fluxus humoralis simplex .s. nō faciēs excoriationē. Dissynteria est fluxus humoralis cum sanguine: ⁊ saluo honore Gal. dicit Gordonius: q2 bene pōt apparere fluxus sanguinis cum lyenteria. Thenasmon appellat̄ nimia volūtas assellandi sine effectu ꝓpter inordinationem longaonis. Cause oīū fluxuū aut sunt extrinsece: aut intrinsece. Extrinsece sunt sex res nō nāles nō conuenienter administrate: intrinsece vero aut sunt ꝓp stomacū ⁊ intestina: aut ꝓpter alia mēbra: q2 aut venit a capite: sicut in catarro: aut ꝓpter oppilationē meseraicarum: aut venit ab epate mittēte superfluitates ad stomacū: ⁊ intestina: aut ꝓpter splenē: aut matricē: aut ꝓpter totum corpus: aut ꝓpter crisim. Si venit a stomaco: ⁊ intestinis: aut propter malam cōplexionem: ⁊ aut ꝓpter vlcera: si propter malam cōplexionē: aut cum mā: aut sine mā: ⁊ aliqn̄ debilitat̄ ꝯtentiua ⁊ fortificat̄ expulsiua: aliqn̄ vtraq3 debilitat̄: ⁊ cū hoc digestiua: ⁊ si ꝓpter malam cōplexionē: aut calidā: aut frigidā: fit etiam ꝓpter paralysim istorꝝ membrorꝝ: ⁊ si ꝓpter vlcera: hoc fit propter humores acutes stringentes: ⁊ vlcerantes. Curatio lyenterie. Tria sunt q̄ curant fere oēm fluxum indifferēter: pͫᵐ est coagulū leporis: ⁊ coagulū hedi. 2ᵐ est caseus antiquus si decoquat̄ in multis aquis dulcibus: ⁊ postea desiccet̄ ⁊ exhibeat̄ postquā salsedo bulliendo recesserit. 3ᵐ est lac vaccinū: siue ouinū: a quo butyrū fuit extractū: ⁊ post bullitum. 4ᵐ est nasturtiū assum: ⁊ exhibitū cum lacte caprarū: vbi ferrum ignitū fuerit extinctū: aut calculi fluuiales candētes. 5ᵐ pōt addi aqua pluuialis: q2 facit cito penetrare ad epar. Pro curatione lyenterie: si sit mala cōplexio sine mā cū solis alterātibus curat̄: si cum mā mundificet̄: ⁊ si fuerit cū mā frigida mundificet̄ cum mirabolanis Kebulis: ⁊ si fuerit calida cū citrinis: deinde vtat̄ isto medicamine: si causa fuerit calida. ℞ boli armeni: terr̄ sigillate: corallorꝝ: oīum sandalorꝝ: sumach: berberis: seminis citoniorꝝ: psidie: balaustie: gallarū: accatie: hypoquistidos: myrtillorꝝ: rosarꝝ siccarū: sanguinis draconis añ ʒ. j. puluerizent̄: ⁊ misceant̄ cum succo plantaginis ⁊ succo absynthij: ⁊ fiant trocisci: ⁊ cum volueris vti: distemperet̄ vnus cū lacte caprino: vel ouino bullito: ⁊ cocto: vbi calculi fluuiales candentes extinctī fuerint. Si aūt causa fuerit frigida: fiat istud. ℞ anisi: cimini: nasturtij: assari: masticis: thuris: laudanis storacis calamite: ambre: myrrhe: nucū cipressi ⁊ filiorum eius añ. ʒ. j. misceant̄ cum succo mente: ⁊ succo absynthij: ⁊ fiant trocisci: ⁊ exhibeant̄ cū dicto lacte. Nos in tali fluxu administramus hunc sirupum. ℞ sirupi de absynthio: sirupi de menta añ. ʒ. vj. aque absynthij: aque plātaginis añ. vnc. j. ς. misce: ⁊ si opꝫ mūdificare: damus hanc medicinā. ℞ diacatholiconis vnc. ς. reubarbari in sba: ⁊ ꝯtundat̄: ⁊ det̄ cū decoctione cordiali: in q̄ bullierint mirabolani citrini: ⁊ Kebuli añ. ʒ. j. ē leuis medicina: ⁊ bū stipticās.

¶ De dissynteria.

Dissynteria est fluxus ventris sanguineus cum vlceratione: ⁊ excoriatione intestinorꝝ. Cause aut sunt extrinsece: aut intrinsece: de extrinsecis dictum est sepe: intrinsece aūt sunt immediate: aut remote: si immediate: est co˜la acuta pungens: aut flegᵃ salsum:

ſalſum: aut aliqs humoꝛ acutus aduſtus: aut ruptura
vene: vel apertio: vel coꝛroſio: ſi magis remote: eſt ꝑ
paſſiones alioꝝ mēbꝛoꝝ: conſidera ſi aliquod mem-
bꝛum peccat. Et 2ᵐ diuerſitatē cauſarū diuerſi ſunt
fluxus: nam quidā eſt chyloſus: cuius cauſa eſt oppi-
latio meſeraicarū: ⁊ quidā eſt aquoſus: ⁊ eſt propter
maliciā ſtomaci: ⁊ quidā eſt colericus: ⁊ eſt ꝓpter cole
ram: ⁊ quidā eſt melicus niger: ⁊ eſt ꝓpter meliam: ⁊
quidā albus ꝓpter flegma: ⁊ quidaꝫ ſanguineus ꝑ
ſanguinē: ⁊ quidā virulentus ſanguineus fetidus ꝑ
coꝛruptionē humoꝝ: ⁊ apoſtemata ⁊ ille: q aſſimilat
fruſto carnis eſt ꝓpter ſanguinē: ⁊ cōgelationem. Et
diſſynteria aliqñ eſt in ſuperioꝛibus inteſtinis: aliqñ
in medijs: ⁊ aliqñ in inferioꝛibus. Curatio: ſi ꝑticula-
ria ꝯueniant. i. ſi vrina eſt rubea ⁊ groſſa fiat flobo-
thomia: deinde purget ſcdꝫ exigentiā humoꝛis: ſi co-
lera eſt in cauſa cū mirabolanis citrinis: ſi flegᵃ cum
mirabolanis Kebulis: ſi melia cum indis: ⁊ fiat deco-
ctio cum aqua pluuiali: vbi fuerit dragantū: gummi
arabicū: ⁊ vue paſſe: purgatio etiā cum reubarbaro:
⁊ diacatholicone ꝯueniens eſt: deinde mundificet vl-
cus cum aqua oꝛdei: ⁊ oleo roſato ꝑ clyſtere. Magis
cōmendat lac capꝛe ab Alexandro. ſ. facere clyſtere
cum eo: ſi in ſuperioꝛibus inteſtinis ſit vlceratio: per
ea: que exibent ꝑ os curari dꝫ: ſicut cum ſirupo tali.
℞ ſirupi de myrtho: mine citonioꝝ: ſirupi de ribes
añ. vnc. ſ. aque plantaginis: poꝛtulace añ. vnc. j. ſ. ⁊
exhibeat in auroꝛa: ſi vero vlceratio fuerit in inferio-
ribus ꝑ clyſtere ex lacte curet vlceratio. Nota ꝙ coa-
gulum lepoꝛis cum ſucco plantaginis ſumptū curat
oēm fluxum. Goꝛdonius dicit. Clyſtere foꝛte contra
diſſynteriā Goꝛdonij. ℞ ſucci poꝛtulace: ſucci planta
ginis: ſucci virge paſtoꝛis añ. vnc. ij. ſumach: myrtil
loꝛum: copularū: glandiū: accatie: carte ꝯbuſte alumi
nis vſti añ. ʒ. ij. ſepi renū capꝛarum: vitelloꝝ ouoꝛuꝫ
coctoꝝ añ. ʒ. iij. fiat decoctio in aqua pluuiali: ⁊ fiat
clyſtere. Si añt non poſſet doꝛmire: fiat ſuppoſitoꝛiū:
quod inducat ſomnū: ⁊ ꝯſtringat: hoc eſt magnuꝫ re-
mediū: dicit Goꝛdonius. Fiat ergo ſuppoſitoꝛiuꝫ de
myrrha: ſtoꝛace calamita: croco: ⁊ opio: ⁊ ſucco plan-
taginis: ⁊ albumine ouoꝝ: ⁊ faciat: ꝙ ſit ſolidū: ⁊ po-
nat per ſe: vel cum bombice. Aduerte ꝙ opiū nō trā-
ſcendat quinqꝫ grana: ſed incipias potius cū tribus
granis. Nota tyriaca multū valet in fluxu cuꝫ cauſa
eſt frigida: ⁊ ſi cā fuerit calida diarodon: triaſandali:
diacitoniten: ⁊ zuccarū roſatum ⁊ micleta añ. vnc. ij.
miſceant: ⁊ dent. Nota: ꝙ Meſue laudat oleū roſatū
rude. i. onfanginū: ⁊ dicit: ꝙ potatū eſt potentiſſimuꝫ
remediū ad diſſynteriaꝫ: ⁊ ad oēm fluxum mēſtruum:
q: extinctiuū inflamationū: ꝯfoꝛtatiuū: inſpiſſatiuū:
⁊ pꝛohibitiuum curſuum.

De dyaria.

Dyaria eſt fluxus humoꝝ ſine excoꝛiatione. Cu-
ratio: pꝛouocet vomitus: ſi nō ſponte venerit:
dietet dieta ſubtili: ⁊ conueniente: ⁊ ponat in balneo
aque dulcis: ⁊ vtat iſto electuario. ℞ zuccari roſati
facti ex roſis ſiccis: triaſandaloꝛuꝫ: diacitoniten ſine
ſpeciebꝰ añ. vnc. j. miſceant: ⁊ ſi opꝫ purget pꝛemiſſo
digeſtiuo ſirupo de ribes: ſirupo de myrtho: ⁊ mina ci
tonioꝝ añ vnc. ſ. aque plantaginis añ. vnc. j. ſ. miſce:
⁊ fiat ſirupus: ⁊ det ſex vicibꝰ: facto clyſtere ex aqua
oꝛdei lib. j. ⁊ oleo roſato vnc. iij. ſine ſale: purget cum
reubarbaro ʒ. j. in ſba additis mirabolanis citrinis:
⁊ Kebulis añ. ʒ. j. in decoctione recenti: ⁊ coꝛdiali: die
ta declinet ad frigidum: ⁊ ſiccum: cum aqua ferrata
lymphet vinum: capiat diacitoniten ante cibū: vtat
rebus aſſatis: carnibus: ⁊ vtatur ſtipticis.

De thenaſmone.

Thenaſmon eſt appetitus: ⁊ volūtas nimia ege-
rendi cuꝫ modico: aut nullo effectu. Cauſa hu-
ius eſt: aut dure feces: ⁊ ſquibaloſe: aut q: humoꝛ cali-
dus eſt imbibitus in lōgaone: aut humoꝛ frigidus eſt
inuiſcatus: aut accidit ꝓpter hemoꝛhoidas: aut ꝓpter
apoſtemata: aut ꝓpter vlcera: aut propter aſſumptio-
nem medicine laxatiue. Curatio: ſi fuerit ꝓpter cās
extrinſecas: ſedeat in balneo aque dulcis calide: ⁊ inū
gat poſtea cum oleo laurino: ſi fuerit ꝓpter apoſtema
ta: fiat flobothᵒ de baſilica: ſi fuerit ꝓpter humoꝛes fri
gidos inuiſcatos: ſedeat in balneo: vbi calida bullita
ſint: vt hyſopus: calamentū: oꝛiganū: anthos: ⁊ ſticca-
dos: ⁊ poſtquā exierit: ex illis herbis fiat empl̄m ſu-
pꝛa ⁊ inungat cum oleo laurino: rutaceo: ⁊ caſtoꝛeo:
ſi humoꝛ fuerit calidus imbibitus: fiant clyſteria: ⁊
ſuppoſitoꝛia: aut empl̄a: aut vnguēta cum rebus frigi
dis actu calidis. Malia ſunt iſta oleum roſatū viola-
tuꝫ nenufarinū: ſalicis: aſſungia poꝛci recentis: aſſun
gia galline: ſemen coꝛiandri: ſem. endiuie: ſe. ſcariole:
ſe. melonū: acetū: aqua roſata ex iſtis fiant pꝛedicta.
Si fuerit ꝓpter duritiē fecum fiat clyſtere mollifica-
tiuū ex malua: biſmalua: melliloto: camomilla: ⁊ ad-
dat ſuccus blete: ⁊ hyerapigra: ⁊ ſimilia. Remedium
in thenaſmone a quacūqꝫ cauſa fuerit. ℞ fenugreci
ſeminis lini: malue: biſmalue: melliloti: camomille:
ſummitatū cauliū añ. vnc. iij. ꝯquaſſent: ⁊ bulliāt in
aqua: ⁊ cū ſpongia intincta in illa aqua: ⁊ expꝛeſſa: ⁊
ſuper locum poſita fomentetur: ⁊ hoc fiat ſepius.

De iliaca.

Iliaca paſſio eſt paſſio inteſtinoꝝ graciliū cum
conſtipatione vētris: ⁊ frequēti vomitu: ⁊ dolo-
re vehemēti: tanquā ſi inteſtina terebello perfoꝛent.
Nota circa iſtam mām ꝙ colica: ⁊ iliaca conueniunt
in cauſis: ⁊ ſignis: ⁊ ꝓnoſticatione: ⁊ curatione: ⁊ cuꝫ
hoc dn̄t in eo: ꝙ doloꝛ in iliaca eſt maioꝛ: ⁊ citius
interficit ꝓpter ſenſibilitatē inteſtinoꝝ. 2ᵒ dn̄t: qm̄
doloꝛ in iliaca eſt magis deambulatiuus verſus de-
xtrum: ⁊ ſiniſtrum. 3ᵒ differunt: qm̄ iliaca magis ꝑue
nit ab aere peſtilentiali. 4ᵒ differunt: qm̄ iliaca ma-
gis ab vmbilico ſuperius capit: colica vero deoꝛſuꝫ.
quinto dn̄t: qm̄ colica magis remediat ex clyſteri-
bus: iliaca vero ex hꝭ que accipiuntur per ſuperius:
⁊ dn̄t iſta a doloꝛe renū: qm̄ doloꝛ renum eſt magis
fixus in vno loco: ⁊ quietus: ⁊ maioꝛ circa poſterioꝛa:
⁊ anchas: ⁊ crura: ⁊ cū hoc parū alleuiat cū clyſteri:
ſicut iuuat colica: ⁊ diſcernit ꝑ ea: que apparent in
vrina. Cauſe alie extrinſece: ſicut res nō nāles indebi
te adminiſtrate: intrinſece vero aut ſunt ꝑ inteſtina
aut ꝓpter alia mēbꝛa: aut propter apoſtᵃ epatis: aut
meſeraicarū: aut ꝓpter apoſtemata renū: aut veſice.
Si ꝓpter inteſtina eſt propter. 7ᵐ cauſas: pᵃ eſt ꝓpter
apoſtemata ylioꝝ calidum: aut frigidum. 2ᵃ cauſa eſt
humoꝛ calidus imbibitus. 3ᵃ cauſa eſt humoꝛ frigidus
inuiſcatus. 4ᵃ debilitas virtutis ſenſitiue inteſtinoꝝ:
⁊ debilitas expulſiue. 5ᵃ ventoſitas groſſa incluſa. 6ᵃ
fex indurata in inteſtinis. 7ᵃ vermes inuoluti in inte-
ſtinis: ⁊ breuiter oē: quod claudit: ⁊ oppilat inteſtina.
Curatio: ꝑ mitigatione doloꝛis fomentet locus cum

aqua decoctionis camomillet milij: ⁊ salis: deinde inũge cum pinguedine galline: opio: ⁊ castoreo: deinde curet̃ causa morbi: si apostª calidũ: fiat flobothª de basilica: si virtus: ⁊ etas ꝯsentit: postea curet̃ apostema cuꝫ emplr̃is: ⁊ alijs rebus conuenientibus: ⁊ det̃ digestiuum ꝯueniens: postea medicina ꝯueniens: siłr si apostema fuerit frigidũ: curet̃ cum emplr̃is: ⁊ purget̃ corpus. Si ꝓpter humores inuiscatos: digere cũ oximelle: postea purga cum diafinicone: fac clysteria carminatiua: ⁊ fac fomentũ anodinũ: ⁊ si opꝫ ponat̃ in balneo anodino. Si ꝓpter feces induratas: fiat clystere mollificatiuũ: ⁊ carminatiuũ: ⁊ si nõ sufficit: ponat̃ in balneo de oleo: qđ est mirabile in isto casu. Si ꝓpter cibaria stiptica det̃ cassia fistula: ⁊ manna resoluta in vino. Si pp venena: fiat vomitus cũ aqua turbith: ⁊ raphani: deinde det̃ tyriaca: ⁊ corpore mũdificato aproximent̃ resolutiua cũ camomilla: aniso: rutha: ⁊ vino: ⁊ similibus in iliaca. Si propter apostema fiat flobothª. Si ꝓpter humores fiat balneũ anodinũ. S propter feces induratas fiat balneum olei. Propter vtrũqꝫ det̃ ius galli preparatũ taliter: vt educat. Si propter venenum: fiat vomitus: postea det̃ tyriaca.

De colica.

Colica est passio penultimi intestini: qđ colon appellat̃ cum difficultate exitus stercoris per inferiora cum dolore magno: ⁊ punctura. Nota circa istam mãm ꝙ lꝫ intestinum nõ sit nisi vnum ꝯtinuũ: nihilminus 2ᵐ sui reuolutionẽ: ⁊ plicationẽ: ⁊ grossitiem: ⁊ subtilitatẽ diuersa nomina sortitur: ita ꝙ pᵐ dicit̃ duodenum. 2ᵐ ieiunũ. 3ᵐ longum: ⁊ gracile: seu ilion: ⁊ ibi causat̃ iliaca passio. 4ᵐ orobus: siue monoculus. 5ᵐ colon: ⁊ ibi causat̃ colica passio. 6ᵐ vocat̃ longaon. Cause extrinsece sunt sex res nõ nãles inde bite administrate. Intrinsece vero sunt: aut mala cõplexio calida resoluens ptes subtiles: aut mala cõplexio frigida: aut nimia siccitas corrugans: aut humiditas viscosa: aut humor calidus imbibitus in sƀa intestini: aut mixtus cũ humore grosso: ⁊ viscoso: aut apostema aut feces indurate: aut fit ex passionibus membroꝝ ꝓpinquoꝝ: sicut renes: viscosa: ⁊ hmõi. Nota: ꝙ hic dolor põt prouenire a vẽtositate: ⁊ põt prouenire a punctura humoris colici: distinctio fit rõne modi doloris. Curatio: qꝛ hmõi egritudines dolorose sunt multũ periculose: ideo circa curationeꝫ huius multi canones sunt ponendi. Primus: si accñtia sunt multum intensa: mitiget̃ cum anodinis: ⁊ resolutiuis: ⁊ finałr cuꝫ narcoticis. Scđs canon: narcotica nõ apponant̃ nisi in magna necessitate: ⁊ administrentur in parua quãtitate: ⁊ sint bene repressa: ⁊ modico tẽpore morent̃. Tertius canon: nullo modo potet aquã frigidam: nec aliquã aquam: quãto magis est possibile. Quartus nõ satisfaciat sitisꝫ potet quãto minus erit possibile. Quintus: si dolor est ex mala ꝯplexione: vtat̃ alteratiuis taꝫ in cibis: qꝫ in medicinalibus: si fuerit mala cõplexio cuꝫ mã: euacuet prius mãm peccantẽ. Sextus: a pñº applicent̃ calefactiua: ⁊ resolutiua debilia: ⁊ paulatim fiat ascensus ad fortiora: ⁊ si dolor augmẽtat̃ a calefactorio: statim dimittat̃. Septimus casus: si fuerit ventositas sola calefactoria applicent̃: si fuerit cum mã digerat̃ prius: postea euacuet̃: si fuerit cum stercoribus duris: mollificet̃ cum clysteri: ⁊ euacuet̃: deinde ad calefactoria balnea ꝯuertant̃. Octauꝰ casus: cum calefactoria applicãtur: ꝯseruet̃ epar: ne calefactiõe resoluat̃. Nonus: ꝯfortet̃ cerebrũ ex vnctione olei rosati ne ledat̃ ex ascensione vapoꝝ. Decimus. Mirifice ꝯsiderationis est: ꝙ in oĩ agibili quãto minus poteris medicinã laxatiuã exhibeas. Pro colica in retentione fecum: que est cã oppilationis: vbi ꝑ clysteria nõ educant̃: que sint lenitiua: ⁊ ꝑ exhibita ꝑ os: vt per terbentinã exhibitã per os: ⁊ alia lenitiua: vt brodiũ galli: optimum remediũ est balneum oleis in quo sedere dꝫ: ⁊ hoc mane: ⁊ sero: hoc curauit ducẽ Laurentiũ de medicis: ⁊ multos alios. Curatio: fit a quibusdã cum medicinis a tota speicie ꝯferentibus: sicut est stercus lupinuꝫ: quod quotiescũqꝫ sumit̃ curat colicã: sicut stercus caninũ curat squinantiã: distẽperet̃ igit̃ stercus cũ vino bono: ⁊ misceat̃ cuꝫ melle: ⁊ exhibeat̃. Deinde grã synthomatis foment̃ cuꝫ aqua decoctionis malue: violarũ: nenufaris: coriandri: ordei: papaueris albi: si cã fuerit calida: ⁊ deinde fiat sacellatio cũ millio: ⁊ furfure torrefactis ⁊ sine liquore: ⁊ si cã fuerit frigida saccellet̃ cum aqua decoctionis camomille: mellilotí: anthos: sticcados: anisi: cimini: ⁊ ruthe. Si fuerit propter apostema fiat flobothª de basilica premisso clysteri. Deinde digerat̃ mã cum sirupo frigido. Postea purget̃ cuꝫ cassia: ⁊ mãna añ. vnc. j. tamarindis vnc. ß. electuarij psilij ℥. j. Et si fuerit ex mala cõplexione calida: alteret̃ locus ex cõtrarijs: ⁊ si fuerit cuꝫ mã: digerat̃: ⁊ purget̃: ⁊ si fuerit apostema frigidum: curetur cum emplr̃o: ⁊ digeratur mã: ⁊ euacuetur: ⁊ si fuerit delicatus: det̃ brodiuꝫ galli loco medicine: ⁊ sic de alijs.

De myrachia.

Myrachia est passio hypocũdriaca cũ frigiditate accñtium. Nota: ꝙ myrach est quidã pãniculus supra intestina: sicut syphach ẽ altertita: ꝙ pãniculo myrach accidunt morbi ꝯsimiles: officiales: ⁊ cões. hec Gordonius. Mundinus in anathª dicit: ꝙ aqua hydropicoꝝ ꝯtinet̃ inter zirbum adipinũ: ⁊ syphach. Myrach aũt cõponit̃ ex sex rebus. pª ẽ cutis. scđa pinguedo sub cute. 3ª pãniculus ꝯpositus ex carne: ⁊ neruis. 4ª sunt corde. 5ª sunt musculi. 6ª est syphach: qui est pãniculus subtilissimus valde durus: tegens intestina: nõ tñ immediate: qꝛ mediat zirbus adipinus q est rete tegens intestina immediate: ⁊ ẽt stomacũ. Moderni ꝯcordant cuꝫ Mundino: qꝛ dñt: ꝙ Gordoniꝰ improprie accipit myrach ꝓ zirbo adipino: ⁊ sic aqua hydropici ꝯtinet̃ inter myrach: ⁊ syphach. i. inter zirbum adipinuꝫ: ⁊ syphach. Est alia dubitatio a qua cã proueniat passio myrachia: qꝛ vr̃ ex vna pte: ꝙ passio myrachia sit vna species melie: ⁊ ꝯñter dependet ab humore melico: ex alia parte vr̃: ꝙ passio myrachia ꝓueniatˀ a ventositate: que latet in hypocũdrijs: ⁊ ꝓpterea post tractatũ ď colica: tractat de myrachia. Rñdet̃ ꝙ passio myrachia põt accipi dupłr. s. ⁊ ꝓ specie melie: ⁊ ꝓ dolore existente in hypocundrijs ex ventositate causato ab humore melico: q est in myrach: capiendo myrach ꝓ zirbo adipino: qꝛ ibi sunt multe vene meseraice: in quibus est humor melicus: quãuis Nicolus dicat: ꝙ dicit̃ melia myrachia: nõ qꝛ sit in myrach: capiendo myrach ꝓprie: sꝫ qꝛ est sub myrach: qꝛ zirbus adipinus: in quo est humor melicus: est sub myrach capiẽdo ꝓprie myrach. Cã huius passionis. s. doloris ex ventositate est tanquam a causa immediata: ⁊ ex humore melico est tãquã a causa mediata. Curatio fit principałr cuꝫ ijs que

que euacuāt humorē melancolicū: fit et cum ijs: que
resoluūt ventositatē tam cum clysteribus q̄ȝ cum fo-
mētis sup hypocūdria: ⁊ cū inūctionibus: ⁊ emplis.

De vermibus.

Vermes: ⁊ serpētes: ⁊ scarabei gn̄ant ex putredi
ne in corpore humano: sic gn̄ant extra in mun-
do. Cause vermiū sunt illa: ex qbꝰ gn̄ant humor fleg-
maticus: qm̄ ex sanguine nō gn̄ant: nec ex colera: nec
ex melācolia: ⁊ iō fructus maxīe: ⁊ caseus: ⁊ res visco
se gn̄ant humorē crudū: qui putrefit: ⁊ sic gn̄ant ver-
mes: ⁊ in supiorībꝰ intestinis gn̄ant vermes longi:
⁊ rotūdi: ⁊ vocant lumbrici: si vō gn̄ant in longaone
sunt parui: ⁊ rotūdi: sicut q gn̄ant in caseo: in intesti-
nis vero medijs gn̄ant curti: ⁊ lati: ⁊ appelant ascari
des: siue cucurbitini: qd̄ idē est. Curatio: imprimis re
ctificet regimē: vt nō gn̄et flegma: deinde digerat mā
cū oximelle diuretico: ⁊ purget cū hyerapigra acua
ta cū agarico: deinde si mā ptinet in supioribus dent
potiones p os: ⁊ si in inferiorībꝰ fiant suppositoria: ⁊
clysteria: ⁊ si in medijs: fiat vtrūqȝ. Vermes interfi-
ciunt hoc mō: det lac ad potandū duobꝰ: vel tribus
diebus: ⁊ post in illa hora det acetū: vel aliqd̄ amarū
cuȝ lacte: sicut aloe: vel mel cū aloe: ⁊ velociter inter-
ficit: vel detur semen centauree: ⁊ cōiter fit sic: det se-
men gedoarie ad potandum cum brodio: vel vino: ⁊
proculdubio interficit eos. Nunc dat limatura cor-
nu cerui cum vino: ⁊ interficit eos.

De passionibus ani de fluxu sanguinis ex hemorrhoidibus.

Passiones ani quārū est de pn̄ti sunt decē: sicut
hemorrhoides: apostēa condilomata: atrites: fi-
cus: ragadie: paralisis fistula: pruritus: ⁊ exitus ani.
Hemorrhois est fluxus sanguinis p venas: q̄ sunt in
ano. Nota: q̄ a vena chyli pcedūt qnqȝ vene: q̄ mul-
tiplicant vsqȝ ad circulū nature: q̄ replent sanguine
melācolico: ⁊ apiunt vene: ⁊ fluit sanguis: ⁊ talis flu-
xus appellat fluxus hemorrhoidarū: ⁊ qn̄ fluxus est
temperatus soluat a multis egritudinibꝰ melācolicis:
⁊ si fluūt vltra tēperamētū sunt cā hydropisis: ⁊ pti-
sis: cognoscit si fluxus sit temperatus qn̄ alleuiat: econ
tra: si grauat. Cause alie sunt extrinsece: sic acceptio
medicinarū laxatiuarū acutarū: si intrinsece sunt sic
humores multiplicati: qui replent venas: ⁊ rūpunt:
⁊ diuerse spēs inueniunt: qȝ quedā fiūt d̄ sanguine: ⁊
vocant vuee: qȝ sunt ad modū vue rubee: ⁊ q̄dā fiunt
de sanguine colico: ⁊ vocant morales: qȝ sunt ad mo-
dum mori cū incipit rubefieri: ⁊ q̄dā sunt de humore
melancolico: qȝ sunt ad modū veruce: ⁊ iō verucales
dn̄r: ⁊ sunt ad modum papille mamillarū: ⁊ alie sunt
de mā flegmatica ad modū vesice albe: ⁊ vesicales di-
cunt: ⁊ ille raro accn̄t. Curatio attendit circa tria q̄
sunt necessaria: p° si nimis fluūt: q̄ restringant: scdo
si restringant pter solitū: q̄ aperiant: 3° q̄ si ad ista se
quat magnꝰ dolor: q̄ mitiget. Quātū ad p^{m} si nimis
fluūt: p̄ fiat flobotha de basilica: deinde mūdificet cor
pus sm̄ exigentiā humoris peccātis: si sanguis dn̄et
mūdificet corpus cū cassia fistula ⁊ tamarindis: ⁊ si
colera cū mirabolanis citrinis: si mela cū indis: ⁊ si
flegma cū kebulis: ⁊ oīa illa parent: sic opȝ: deīde po
nat vētosa cū scarificatiōe intra spatulas: deinde po-
nat vnguentū restrictiuū supra anū. Rx acatie: masti
cis: thuris: sanguinis drac. tele aranee: pilorū leporis
minutissime incisorū: glutinis pisciū: glutinis carpē-
tariorū: gallarū: sumach: myrtillorū an̄ ʒ. j. fiat vngūm
⁊ desup ponat: ⁊ si aptio fuerit īfra anū: fiat stuellus:
⁊ intingat: ⁊ītromittat: cū cautela tn̄ stringant ita:
vt vna remaneat apta: ⁊ hoc pōt fieri sic: pistent ficus
cū aloe: ⁊ ponamus sup illā: quā volumus aptā. Itē
vtat trociscis de karabe vel in pillulis: vel i forma ele
ctuarij. Quātū ad 2^{m} si nimis restricte fuerint: ⁊ flu-
xus pcesserit antiquus: apiēde sunt vene: sȝ nouū flu-
xum restrictuȝ non opȝ aperire. Tunc p̄ fiat flobotha
de saphena: deinde mūdificet corpus de cā frigida:
vel calida sm̄ q̄ est: postea fomētet: ⁊ sedeat in aqua:
vbi ista fuerint decocta. s. prassiū: origanū: calamētū:
porri: blete: ⁊ silia: deinde inūgant cū oleo amygdala
rum: vel cū aliq̄ felle: vel cū lacte ficus: vl' fiat emplm̄
de stercore colūbino: vel fiat vnguētū: ⁊ si fuerint in-
tus: fiat stuellus: illiniat: ⁊ intromittatur. Si aūt he-
morrhois esset magnificata pōt remoueri: cū nouacu
la: vel cū aliqua medicina caustica: sic est calx viua:
atramētū: vitreolū: auripigmētū: vl' scindat paulati
ne cū pilo caude equine: vltimo cauterizet cuȝ ferro
calido: ⁊ tunc restauratoribꝰ relinq̄. Quātū ad 3^{m} si
dolor sit magnus mitiget sic: sedeat in aqua decoctio
nis camomille: mellilotī: rosarū: coriandri: papaue-
ris: deinde inūgat cū oleo rosato: ⁊ oleo amygdalarū
dulciū cū medulla cerui: ⁊ vituli: ⁊ sepo hircino recē
tibꝰ: ⁊ cū pinguedine anatis: ⁊ galline. Itē aliud: qd̄
sedet dolorē hemorrhoidarū. Rx cepam: ⁊ coquat inter
prunas: postea pistet cū sepo hircino: ⁊ incorporet: ⁊
fiat emplm̄: ⁊ desup ponat: ⁊ dr̄ q̄ apiū hemorrhoi-
dibus multū valet. Si aūt dolor sit in intestinis: pote
tur mucilago psilij cū sirupo rosato: ⁊ ex istis eisdem
cum oleo rosato: ⁊ albumine oui: ⁊ dragāto: ⁊ gūmi
arabico fiat emplm̄: ⁊ intelligit ista localia approxi-
mari debere postq̄ȝ corpus est mūdificatū cū flobotha
⁊ farmacia. Itē radix lilij decocta: ⁊ pistata cum oleo
myrthino desup posita multū valet: lana succida cū
oleo rosato desup posita multū valet: silr diaglon de-
sup positū cum modico opio: ⁊ croco sedat dolorē he-
morrhoidarū. Ad dolorē hemorrhoidarum: Rx herbe
scrophularie. s. radices: terre eas: ⁊ cum structo porci
fac vnguentum ⁊ inūge: si vero intus sunt fac fritellā
ex herba illa singulo mane: ⁊ remouebit dolorē. Ad
idem efficacius. Rx herbe: que dicitur querciola: ⁊ co-
que in oleo: ⁊ cum in illo inunge hemorrhoidas: ⁊ mi
raberis: expertuȝ in Dego hispano. Ad idem. Rx olei
rosati ʒ. j. butyri ʒ. j. croci: opij an̄ grana. v. hoc opti
mum est: ⁊ nobis familiare.

De apostemate ani. In primis purgetur corpus: ⁊
dieta: ⁊ regimen cōueniens administretur post hoc
fiat tale remedium in calido apostemate decoquant
lentes: ⁊ terantur cum rosis: ⁊ folijs solatri: ⁊ oleo ro-
sato: ⁊ draganto: ⁊ fiat emplastrum: deinde fiat istud.
Rx vitellum oui decocti: ⁊ pistetur cum diadragāto:
sirupo rosato: ⁊ oleo rosato: ⁊ fiat emplastruȝ: ⁊ si ma-
teria esset apponantur ista semen lini: fenugreci: gū-
mi arabicum: folia caulium: oleum de camomilla: ⁊
similia: ⁊ est intelligendū in apostematibus ani ante
tempus rumpi: ⁊ aperiri: ⁊ mundificari: ⁊ ne profun
dentur: timendum esset de fistula.

De ↄdilomatibus: ⁊ atrites. Condilomata: ⁊ atri-
tes sunt quedā excrescentie circa anum panniculose
molles: rugate: ⁊ quādo sunt plene: ⁊ inflate appellā-
tur condilomata: ⁊ quando sunt vacue appellantur
atrites: quorū curationem restaurantibus relinque.

¶ De ficu. Ficus sunt quedā excrescētie ad modum
ficus habentes quedam grana alba minuta: quorum
curationem restaurantibus relinque.
¶ De ragadijs. Ragadie sunt aptiones venarū: que
sunt in ano dolorose: sine tumore: ꝛ p h̄ differūt ab he-
morrhoidib⁹: qꝛ aptio hemorrhoidaꝝ est cū tumore.
Per ragadias possumus intelligere vlcera: fixuras:
ꝛ ꝯsimiles solutiōes ꝯtinuatas dolorosas: ꝛ hoc dr̄: qꝛ
curatio istoꝝ pōt esse vna. Cause istoꝝ sunt sex dura:
sicca: scindens illas partes: aut apostᵃ calidū: aut flu-
xus hemorrhoidarū: aut qlibet fluxus. Curatio: ꝓsup
posito: ꝙ corpus sit bn̄ purgatū: ꝛ sit in bono regimi
ne. Ad particularia veniēdo dicimus: ꝙ si vlcera fue
rint humida: aquosa: virulēta quasi saniosa: tunc fiat
tale vnguētū. ℞ litargyrij ʒ .s. cadmie auri: ꝛ argē-
ti: ceruse lote: aloes loti: masticis: thuris: sarcocolle:
ostrearū: gallarū: ꝑsidie: balaustie: mumie: boli arme
ni an̄ ʒ. j. puluerizenᷓ: ꝛ ꝯficiantᷓ cū oleo rosato: ꝛ fiat
vnguētū: ꝛ inūgatᷓ quotidie bis: aut ter: ꝛ lauetᷓ cū vi
no puro calı̄o: ꝛ modico melle. Si aūt iste fixure facte
fuerint ex nimia siccitate: fiat tale vnguētū. ℞ medul
le cerui: ꝛ vituli: ꝛ medulle: q̄ est in maxilla porci: ꝛ as-
sungie gallinacee: ꝛ anatis: ꝛ butyri sine sale: olei sisa-
mini: olei amygdalaꝝ dulciū: olei myrthini: olei de
papauere an̄ ʒ. ij. aloes: litargyrij: cathmie an̄ ʒ. j.
cere noue quantū sufficit: ꝛ fiat vnguentum: ꝛ potest
addi farina grani. ¶ De paralisi.

Paralisis ani dr̄ exitus ani: siue egōnis inuolūta
ria. Cause aūt sūt aut extrinsece: aut intrinsece:
extrinsece sunt sessio sup lapidē frigidū: aut in aqua
frigida: aut casus: aut ꝑcussio sup spinā dorsi: aut inci
sio lacertoꝝ: ꝛ neruoꝝ: ꝛ tunc venit subito: ꝛ est incu-
rabilis: vn̄ hemorrhoides aliqn̄ incaute ꝓscinduntᷓ:
aliqn̄ pp vnguēta frigida: ꝛ silia. Cause aūt intrinse-
ce, vt plurimū sunt pp malā cōplexionē frigidā: ꝛ hu
midā: ꝛ humor flegmaticus imbibitus ī lacertis lon-
gaonis aliqn̄ est cā: ꝛ tunc est pūctura: mordicatio: ꝛ
arsura. Curatio: si cā fuerit frigida: sedeat in aqua:
vbi sint menta: saluia: calamētū: costus: absynthiū: sa
uina: squinātū: postea inūgatᷓ cū oleo ď nuce cipressi:
ꝛ spica: ꝛ cardo: ꝛ costo: ꝛ euforbio: ꝛ mō fiat vnū: mō
aliud: ꝛ sic ꝯtinuetᷓ donec sit curatus. Si aūt talis pa
lisis fuerit a cā calı̄a: sedeat ī aq̈ vbi rose: ꝑsidie: balau
stie: mirtille: ꝛ acetū bullierint: postea inūgatᷓ cū oleo
roᷓᵒ: ꝛ myrthino: ꝛ possent appōi aliq̈ calı̄a: sic̄ costus.
¶ De exitu ani. Longaon egreditᷓ aliqn̄ pp apostma-
ta: ꝛ tunc prius curentᷓ illa: aliqn̄ egreditᷓ pp nimiaꝫ
cōpressionē: aliqn̄ pp mollificationē: sicut ī pueris: ꝛ
curatio in exitu longaonis pp mollificationē sit: vbi
sit costus: hypoqstidos: balaustie: nux cipssi: euforbiū:
ꝛ pulpa collognt ide: ꝛ bulliāt: deīde vngatᷓ intestinū
cū oleo laurino: deinde aspgatᷓ supra puluis. ℞ myr-
rhe: mumie: nucis cipressi: masticis: thuris: gallarū:
sumach an̄. fiat puluis: ꝛ intromittatur.
¶ De pruritu ani. Quidā pruritus fit pp vermes: ꝛ
curetᷓ vt dictū est. Quidā fit ꝓpter vlcera: ꝛ curetᷓ vt
dictū est: ꝛ qn̄qꝫ fit pp humores acutos: ꝛ tunc mutetᷓ
dieta: ꝛ regimen oppositū: ꝛ euaporentur mēbra im-
bibita: ꝛ fiat suppositoria sedatiua doloris: ꝛ fiat sicut
dictum est in capitulo de thenasmone.
¶ De fistula. Fistula aliqn̄ oritᷓ ī ano pp apostᵃ vt he-
morrhoides: ꝛ fiſta: aliqn̄ ꝓfundat se mītū: aliqn̄ paꝝ:
ꝛ quāto plus se ꝓfundat tāto ďterius: ꝛ aliqn̄ ꝑforat
intestinū: ꝛ discernitᷓ: qꝛ feces exeūt p fistulā: ꝛ sanies
p foramē ani: aliqn̄ ꝯsumit magnā ptē lacerti, qd̄ di-
scernitᷓ: qꝛ stercus exit inuolūtarie: ꝛ si digitus intro
mittatᷓ in anū nō pōt bn̄ ꝯstringi vndiqꝫ: ꝓfunditas
fistule discernitᷓ: ꝙ ꝓbatᷓ cū tenta depurata. Curatio:
scias: ꝙ qn̄ fistula penetrauerit intestinū: ꝛ vesicam:
oīo incurabilis est: ꝛ si est curabilis: cauēda est valde
a lacerto: ꝛ curabilis nō pōt curari: nisi discopiatᷓ lo-
cus vsqꝫ ad ꝓfundū vel cū ferro: vel cū alijs medica-
minibus: vt locus bene mundificetᷓ: ꝛ paulatine caro
regeneretᷓ: deinde restauratoribus cura relinquatur.
¶ De passionibus eparis splenis: renum: ꝛ vesice.

De mala cōplexione eparis. Epar est pᵐ pnᵐ in
giñone humaꝝ s3 medicos: ꝛ pōt pati oēs mor-
bos: sic̄ alia mēbra. s. morbos ꝯsiles: officiales: ꝛ cōes:
pᵒ ḡ de morbis ꝯsilibus dicēdū est: patitᷓ ḡ malā cōple
xionē calı̄aꝫ: frigidā: siccā: ꝛ humidā. Si malā cōple-
xionē calı̄aꝫ patitᷓ. cāe sunt sex res nō nāles incōuenie
ter administrate. s. aer: cib⁹: ꝛ potus: motus: ꝛ qes: ꝛ
sic de alijs. Signa male cōplōis: vel sumuntᷓ a sb̄atr
inherētib⁹: vel a necessario ꝯn̄tibus: necessario ꝯn̄tes
sunt opōnes: ꝛ casus: ꝛ casus dr̄ de q̄litate mutata: ꝛ
exeunte mutato: in mēbris intrinsecis non pn̄t sumi
signa a sb̄atr inherētib⁹: s3 loco illius sumuntᷓ ex iuuā
tib⁹: ꝛ nocētib⁹: si calı̄a iuuāt: est mala cōplexio frigi
da: ꝛ si frigida iuuāt: ē mala cōplō calı̄a. Ex opōnibᵃ
vero vitalib⁹: pulsus velox: ꝛ freqūes est signū male
cōplexionis calı̄e: ꝛ tardus: ꝛ rarus ꝯtric. Ex opōnib⁹
nālib⁹ sitis est signū cōplōnis calide eparis: ꝑuatio si
tis est signū cōplōnis frigide. Ex opōnib⁹ aīalib⁹ vi-
gilie sunt signū caliditatis. ꝛ somnus signū frigiditatis
eparis. Ab exeūtib⁹: p vrinā: vrina tincta ī cōplōne
calı̄a eparis: in frigida ē discolorata: feces sunt colı̄ice
in calı̄a cōplōne eparis: ī frigida sunt flegmatice. Vo-
mitus ī cōplōne calı̄a eparis est colicus: in frigida est
flegmaticus q̄litas mutata ī cōplōne calı̄a: color citri
nus: vel rubeus ī facie: ī frigida discoloratio. Curatio
male cōplōnis calı̄e sine mā eparis fit cū solis alterāti
b⁹. s. cibis: ꝛ potib⁹: ꝛ silib⁹: vtatᷓ ꝑuis piscib⁹ sq̄mosis
de aq̄s mūdis: aut pullis: vel hedis: vino ꝑuo cū mul
ta aqua: ꝛ ꝯdiantᷓ oīa cū aceto: ꝛ aqua rosata vtatᷓ la-
ctuca: endiuia: vtatᷓ electriue zuccaro rosato triasan-
dalis: diadragāto: diarodon abbatis. Itē pōt vti oxi-
zachara: ꝛ sirupo violato. Si vō sit mala cōplō cū mā
detᷓ digestiuū fortius. ℞ acetosi simplicis: vł oxizacha
re: sirupi de endiuia an̄ ʒ. vj. cū aqua lupuloꝝ: nenu-
faris: ꝛ epatice an̄ vnc. j. misce p vna vice: postea detᷓ
medicina cum cassia fistula: ꝛ tamarindis an̄ vnc. j. ꝛ
reubarbaro ʒ. j. ꝛ electuario de psilio ʒ. j. distēpa cū
decoctiōe cordiali: ꝛ recēti. Si vō si mala cōplō frigi-
da sine mā: curatio est cū solis alterātibus calı̄is: vtatᷓ
vuis passis: auellanis assis: ꝛ amygdalis: electuarijs ca
lidis: vt diagalāga: diābra: diāthos cū muscho: diani
so: ꝛ hmōi: vngatᷓ cū oleo ď absynthio: ď spica: ď costo:
ꝛ oleo amygdalaꝝ amaraꝝ: ꝛ nota: ꝙ ī discrasia fri-
gida semp cū calı̄is debēt poni aliq̈ frigida: ꝛ e⁹ in ca
lida cū frigidis ponantᷓ aliq̈ calı̄a. Si discrasia fuerit
cū mā vtatᷓ sirupo ď absynthio cū ďcoctiōe absynthij:
sirupo ď eupatorio: sirᵒ diarodon: sirᵒ de bi[illegible]antijs: mel
le rosato coᷓᵒ oximelle simpᶜⁱ oximelle sqlli[illegible]ico cū aq̄s
apij: fenniculi: capilloꝝ venr. eupatorij: ꝛ silib⁹. Dige
sta mā purgetᷓ cū agarico: vł turbith: ꝛ hmōi. s. cū de-
coctiōe ʒ. j. agarici: ꝛ ʒ. j. salisgēme: ꝛ distempetᷓ cū
vnc. iij. ďcoctiōis corˡˡᵉ: ꝛ anisoꝝ: ꝛ fēniculi: ꝛ passula-
rū ꝛ ligritie: ꝛ adde postea vnc. j. cassie: ꝛ ʒ. j. electua

rij de

rij de psilio: ꝛ dieta sit aliqualiter versus calidam: ꝛ coquantur carnes cum modico piperis: vel cinamomi: ꝛ vinum sit aliqualiter potens parum lymphatum.

¶ De oppilatione epatis.

Oppilatio epatis est ꝯstructio siue coartatio: seu clausio venarũ: q̄ sunt in epate: seu poroꝝ: ꝛ foraminũ: que sunt in sb̄a eius. Cause alie sunt extrinsece: ꝛ alie intrinsece: extrinsece maxime sunt ex cibis assumptis stipticis: siue grossis: vt fungis: ꝛ silibus: intrinsece vero: aut sunt ꝑ epar: aut ꝑ alia mēbra: si ꝑpter epar est: aut q: vene sunt stricte a natiuitate: vel ꝑpter aliquā de malis cōplexionibus debilitātibus digestiuā: quare multa sup̄flua ibi coadunantur: aut ꝑ debilitatē virtutis expulsiue: vel ꝑ malam qualitatē humoꝝ: siue rōne multitudinis: vt flegma rōne frigiditatis: ꝛ quātitatis: ꝛ grossitiei: ꝛ viscositatis: ꝛ melācolia rōne grossitiei: ꝛ quantitatis: ꝛ rōne ventositatis: aliqñ rōne apostematis. Si ꝑ membri vicina: aut q: chystis fellis nō mūdificauit: aut splen non depurauit: aut ꝑ retentionē mestruoꝝ: aut hemorrhoidarū: aut ꝑ mēbra mutilata. Signa primū est malus color faciei: vrina tenuis: grauitas in parte dextra: ꝛ difficultas anhelitus. Curatio: si fuerit oppilatio ꝑ causas extrinsecas: abscindant̄ cāe: ꝛ ꝑ ꝯtrarium ad tēperiē reducant̄. Si fuerit ꝑ passiones aliorum mēbroꝝ: curent̄: si fuerit ꝑ stricturā nālem venarū: dent̄ cibus subtilis in parua quantitate: quater: vel quater in die cibet̄: si fuerit in parte inferiori epatis: dent̄ prouocantia ventrē: ꝛ si in supiori: dent̄ ꝑuocātia vrinā: medicinalia ergo subtiliātia: ꝛ aperientia dent̄. In oppilatione antiquata cōpetit flobothomia de basilica: ꝛ si fuerit ꝑ ꝯstructionē venarū: dent̄ ea: que humectant: sicut lac: ꝛ nota istud: ꝛ digeratur mā oppilās siue calida: siue frigida fuerit: ꝛ digesta purget̄: calida cum infusione reubarbari: ꝛ frigida cum decotione agarici: ꝛ adde vtriq3 medicine ℨ.j. electuarij de psilio: vel diafiniconis.

¶ De debilitate epatis.

Debilitas epatis est dispositio: q̄ de facili ledit̄ a quocūq3. Cause: si cā fuerit manifesta: sicut apostema: aut fluxus: aut silia: curent̄ illa: sicut opȝ: si vero causa nō est manifesta: sed vr̄ declinare ad caliditatem: curet̄ sicut mala cōplexio calida: si vero vr̄ declinare ad frigiditatē: curet̄ sicut mala cōplexio frigida: q: debilitas mēbri non est nisi mala cōplexio mēbri.

¶ De dolore epatis.

Dolor epatis est actio corrupta virtutis sensitiue: sed cū epar nō habeat virtutē sensibilē: ideo per se nō patit̄ dolorē: sȝ rōne pāniculi: cui applicat̄. Curatio: fiat purgatio: ꝛ vtat̄ bono regimine: deinde si cā vergit ad calidū: epithimet̄ cū reb⁹ frigidis: ꝛ si cā vergit ad frigidū epithimet̄ cū reb⁹ calis. Secretū Auenzoar. ℞ olei de vitellis ouorum: olei de nuce añ vnc. ß. ꝛ inūge locū epatis: ꝛ valet ī q̄cūq3 dolore ei⁹.

¶ De apostemate epatis.

Apostema est tumor ꝑter naturā: hoc aūt apostema: aut est in scima epatis: aut in gibo: aut in lacerto circa epar: ꝛ quoddā ē humorosuȝ: ꝛ quoddam vētosuȝ: ꝛ quoddā terminat̄ insensibilr̄: ꝛ quoddam ad saniē: ꝛ quoddā ad duritiē. Cause apostematum: aut sunt exteriores: aut interiores: si exteriores casus: ꝛ ꝑcussio: si interiores crapula: ꝛ indigō stomaci debilitas digestiue epatis: aggregatio humoꝝ in epate: malitia mūdificatiōis chistis: ꝛ splenis ꝛ renūꝝ ꝛ intestinoꝝ. Curatio: in p̄n° debēt poni repcussiua: potissime in calido: in augmēto cū repcussiuis resolutiua: ꝛ in statu resolutiuis: ꝛ in declinatiōe mūdificatiuis. Nota: q̄ nō debemus applicare ī apostēte epatis nimis frigida: ꝛ stiptica: q: cito in duritiē ꝯuerteret̄ ꝛ veniret in hydropisim: nec nimis resolutiua: nec mollificatiua: q: sequeret̄ mors: vt dicit Gal. x° de ingenio: nec nimis ꝯstrictiua vētris: q: retētio fecū est multū nociua: nec nimis laxatiua: q: fluxus est nociuus: nec cū est scima debēt poni diurectica: sȝ trahat̄ mā versus intestina: ꝛ cū est in gibbo debēt dari diurectica vrinā ꝑuocādo: ꝛ cognoscit̄ q̄ est in scima: q: nō assellat: nisi cū difficultate: ꝛ cū grauedine: ꝛ si est in gibbo nō pōt vrinare. His p̄missis: In apostemate calido p° fiat flobotbª de basilica: ꝛ si non inueniat̄ de media: deinde apponant̄ repcussiua sup regioneȝ epatis: si est in p̄n° ꝛ vtat̄ isto sirupo. ℞ acetosi simplicis sirupi de endiuia: mellis rosati colati añ vnc. ß. aq̄ lupuloꝝ: ꝛ buglosse añ vnc. j. ß. vel da hunc sirupum. ℞ acetosi simplis sirupi violati: oxizachare añ vnc. ß. cum aqs dictis: ꝛ cū apostª venit ad augmentū adde resolutiua: postea purga cū cassia: ꝛ reubarbaro: ꝛ si apostema sit in gibbo multiplica diurecticat in dieta vero abstineat a carnib⁹: ꝛ vino: ꝛ vtat̄ prysana: ꝛ panatellis. Si vero apostª sit frigidum: in p̄n° velociter succurrēdū est: q: cū ꝯfirmatū: est nō recipit curationem: ꝛ ponat̄ supra emplastrum de mellilotо: ꝛ in primis teneat̄ vent̄ laxus cum suppositorijs ꝛ clysterijs lenitiuis: ꝛ cuȝ cassia fistula: deinde apponat̄ diaglon sup epar: postea vtat̄ sirupo apitiuo: ꝛ emplo partim mollificatiuo: ꝛ partim resolutiuo: ꝛ materia digesta purgetur cum decoctione agarici: ꝛ cassia fistula.

¶ De fluxu sanguinis ab epate.

Fluxus sanguinis ab epate est ꝑ quatuor causas in gn̄ali. s. aut ꝑ apostª: ꝛ tunc est cū febre: ꝛ exit simul sanguis cū sanie: ꝛ putredine: aut fit ꝑ debilitatē virtutis digestiue: ꝛ tunc est sicut lotura carnis: aut est ꝑ oppilationē: ꝛ tunc est sanguis niger: ꝛ coagulatus: aut ꝑ ap̄ōnē venaꝝ: ꝛ tunc est clarus: ꝛ venit subito: ꝛ si ꝑ venas: tripl̄r: aut q: vena fracta est: ꝛ tunc est ī multa quātitate: ꝛ nō cessat: ꝛ dr̄ rixis: aut orificia venarū apta sunt: ꝛ tunc fit multus: lȝ cesset: ꝛ dr̄ anastomasis: aut est q: vene resudant illū sanguinē: ꝛ dr̄ diabrosis: ꝛ est paucus: ꝛ subtilis: vñ v̄sus.

Rixis fracturam: sudatq3 diabrosis: Ana-
Stomasis ora ferat: sic omnis scissio vene.
Aut tumor in causa est: aut virtus debilis: aut res.
Oppilans venas: aut est apertio vene.

Curatio: si sit propter apertionem vene: fiat flobothª de vtraq3 epatica: deinde applicent̄ vētose in spatulis cū scarificatiōe: ꝛ iniūgat̄ dieta sanguinis ingrossatiua: sicut iuiube: risuȝ: panicū: lētes sine cortice ꝑma aqua abiecta: oua cocta in lacte: lac coctū: ꝛ silia. Nota: q̄ ois fluxus pōt reduci ad duas cās: aut ad causaȝ calaȝ: aut frigidā: ꝛ si cā est cala cū medicaminib⁹ frigidis intus: ꝛ extra curari pōt: ꝛ si cā frigida ē: curet̄ cū calis. Medicinalia frigida sūt bol⁹ armenus: terra sigillata: sanguis drac. hypoqstidos: accatia: psidia: balaustie: myrtillus: berberis: rose: sandali: plātago virga pastoris: sem. acetose: bedegar: galle: ꝛ silia cuȝ paucis calis stipticis. Medicinalia cala sunt mastix: thus: storax: calamita: ambra: nux: cipressi: folia eius:

gariofili: anisum assum: cinamomũ assum: nasturtiũ assũ. Nota medicamentũ: qd̄ indiferẽter curat oẽm fluxũ. dicit Gordonius si curari dz: supposita cõpetẽti dieta: ⁊ ꝙ corpus sit mundificatũ. ℞ spodij: rasure eboris: añ vnc. j. aluminis scissi: seminis caulis añ vnc. ß. rosarũ rubearũ: margaritarũ: coralloꝝ alboꝝ: ⁊ rubeoꝝ: sanguinis draconis: mustaccille. Karabe: sandaloꝝ: ambre: squille añ ʒ. ij. cõficiat cum sirupo myrthino: ⁊ fiant trocisci: ⁊ cũ vti volueris: deãt distempari cũ lacte cocto: valet principalr̃ istud medicamen ꝯ fluxũ sanguinis epaticũ: ⁊ secundario ꝯ stomaticũ: ⁊ ꝑ ꝯsequens valet in omni fluxu: nisi fluxus esset ꝑꝑ oppilationẽ: ⁊ tunc valet oppilatione remota: ⁊ corpore mundificato: vt dictum est.

De hydropisi.

Hydropisis ẽ error virtutis vnitiue in toto corpore sequens mutationẽ virtutis digestiue in epate: ⁊ hydrops est error virtutis digestiue in epate. Pro quo nota circa istã materiã: ꝙ virtus digestiua triplici dispositione mensurat̃: qm̃ primo nutrimentum disseminat̃. scd̃o vnit̃. tertio assimilat̃: cum deficit disseminatio causat̃ macies: ⁊ si deficiat vnio causatur hydrops: ⁊ si deficiat assĩlatio causat̃ lepra: hec sunt: q̄ legunt̃ a Gal. in libᵒ suo de virtutibus nãlibꝰ. Cum ergo nutrimẽtũ non põt ꝑfecte vniri: ⁊ solidari: tunc tumescit mẽbrũ: ⁊ inflat̃: ⁊ tunc causat̃ vera hydrops: q̄ hyposarcha appellat̃: hyposarcha tñ non est sine epatis passione: ⁊ iõ qñcunqꝫ facies est tumida: seu inflata: vel pectus versus diafragma: vel stomacus: vel matrix: vl̃ manus: vl̃ pedes: nihilominus tñ non esset hydrops: nisi virtus digestiua epatis pateret̃: ⁊ iõ bene dr̃: ꝙ hydrops est error ṽtutis digestiue in epate: qm̃ sine passione epatis fieri nõ põt. Tres autẽ spẽs hydropisis ponunt̃: prima ẽ de cã frigida: ⁊ appellat̃ hyposarcha: seu anasercha: seu leucoflãcãtia: qd̄ idem est: cuius cã est sanguis frigidus flegmaticus aquosus cũ vl̃i tumore totius corporis: ⁊ iõ illa spẽs est vera hydropisis: qꝛ primo ⁊ principalr̃ patit̃ epar: ⁊ qꝛ errat virtus vnitiua in toto: ⁊ mẽbrũ non põt ꝑfecte ꝯsolidari: ⁊ firmũ esse: sꝫ est molle: inflatũ: tumidũ: ⁊ tñ ista spẽs minus mala est inter oẽs. Alie due spẽs sunt de cã calida quãtũ ad causam añtem: licet cã ꝯiuncta sit semꝑ frigida: ita ꝙ prima spẽs appellat̃ asclytes: ⁊ causat̃ ex humiditate subtili aquosa: multa cũ modica vẽtositate: ⁊ ẽ deterior inter oẽs. scd̃a spẽs quãtũ ad calidas vocat̃ tympanites: cuius causa est vẽtositas multa cũ modica aquositate: ⁊ est valde mala. Modus aũt gñandi est iste: qm̃ cum deficit virtus digestiua epatis: ita ꝙ chylus ad ꝑfectionem humoris ꝑuenire non põt: nec põt bene segregari: purgari: ⁊ expelli: ⁊ mũdificari: tũc aliqua portio mittit̃ ad totũ corpus: ⁊ aliqua remanet in epate: ⁊ quia illa: q̄ vadit ad totũ corpus: nõ est bñ vincibilis: nec nã põt ꝑfecte ꝯuertere: ⁊ ꝯsolidare: iõ magnã portionẽ mittit ad epar: ⁊ ita est de renibus: ⁊ vesica: cũ non possint bñ mũdificari. Ista oĩa iterũ regurgitãt ad epar: ⁊ quia epar fuit debile in gñando: ⁊ segregãdo: ideo mõ plus est debile in expellendo ad exteriora: sed facit qd̄ potest: ⁊ ideo ꝯuertit̃ ista mã in vaporem: ⁊ ꝑ porositates: ⁊ foramina resudat vsqꝫ ad pelliculas ꝯtinentes intestina: q̄ syphach: ⁊ myrach appellant̃: ⁊ ibidẽ includunt̃: ⁊ aggregant̃: ⁊ causant tumorẽ vẽtris in tm̃: ꝙ intestina balneant̃ in illis: ⁊ qñ venit ad terminũ nõ est curatio. Pellicula aũt: que immediate adheret intestinis: vocat̃ zirbꝰ: vnde myrach est pinguedo gibbosa tenuis ad modũ retis immediate inuoluens intestina: deinde venit alia pellicula: q̄ magis approximat̃ cuti: ⁊ appellat̃ syphach: ⁊ ita vẽtositates: ⁊ aquositates inter has duas reclaudunt̃. auctores ergo volunt ꝙ primaꝰ spẽs causatur immediatius ꝓpter errorẽ virtutis digestiue tertie: sed scd̃a ꝓpter errorem mundificatiue renũ: ⁊ vesice: sed tertia ꝓpter errorẽ stomaci ꝯuertentis materiã in vaporem: quam epar rectificare non põt. quecũqꝫ igitur fuerit cã: ⁊ quocũqꝫ modo vadat negociũ: in omni spẽ hydropisis principalr̃ patit̃ virtus epatis digestiua. Cause aũt sũt extrinsece: aut intrinsece: extrinsece sunt sex res non nãles nõ debite administrate: ⁊ casus: ⁊ ꝑcussio reducunt̃ ad motum: intrinsece aut sunt ꝓpter epar: aut ꝓpter alia mẽbra: si ꝑꝑ alia membra: sunt ꝑꝑ illa: q̄bus epar cõpatit̃: aut cũ quibus hꝫ colligantiã: aut vicinitatẽ: ⁊ ita virtus digestiua epatis patit̃. s. minorat̃: aufert̃: ⁊ corrumpit̃ ꝓpter stomaci passiones: ⁊ etiã ꝑꝑ morbos venarũ meseraicarũ: ⁊ ꝓpter vitia intestinoꝝ: ⁊ matricis: ⁊ vesice: ⁊ renũ: ⁊ splenis: ⁊ diafragmatis: ⁊ pulmonis: ⁊ ita de alijs. Si aũt fuerit ꝑꝑ epar: est ꝓpter tria: aut ꝑꝑ morbos ꝯsimiles: aut officiales: aut cões: ꝯsimiles sicut est mala cõplexio frigida: ⁊ illa est cã immediata hydropisis: aut ꝑꝑ malam cõplexionẽ calidã: que facit ad exhalationẽ caloris nãlis: quo exhalato succedit frigiditas: lꝫ causa añs sit caliditas: cã tñ immediata est frigiditas: morbus officialis est sicut oppilatio: apostema: ⁊ silia. Ex oĩbus istis virtus digestiua epatis immutat̃: ⁊ si ꝯtinet̃: hydropisis gñabit̃. Signa future hydropisis est cũ sup̃fluitates: q̄ expurgari ꝯsueuerunt: retinent̃: sicut sudor: egestio: vrina. scd̃m signũ est cacexia: ⁊ ꝑter solitũ mala coloratio faciei: ⁊ aliqñ inflant̃ testiculi. Signa p̃ntis hydropisis sunt inflatio pedis: tumor ventris: sitis inextinguibilis. Curatio hydropisis ꝓseruatiua: cũ sit a mala cõplexione frigida epatis debilitãte virtutẽ digestiuam epatis: primũ in dieta vitent potũ: ⁊ tolerent sitim: ⁊ vitent brodialia: nisi qñ accipit medicinã põt capere: vitẽt panẽ tritici: vtat̃ pane ordeacco: ⁊ vino claro subtili sine aqua: nisi sit febris: ⁊ vtat̃ magis carnibus volatilibus: ⁊ assis: ⁊ pullis: vtat̃ exercitio ante cibũ: vitet flobotham nisi esset ꝑꝑ intentionẽ mestruoꝝ: ⁊ hemorrhoidaꝝ. Alterius digerat̃ mã cũ oximelle diuretico: vel squillitico: deinde purget̃ cũ hycrapigra acuata cum aloe: ⁊ mastice. Corpore mũdificato vtat̃ stupha. s. in furno calo ante cibũ: siue sepeliat̃ in harena maris: vel petat balnea sulphurea: ⁊ aluminosa: vtat̃ tyriaca: ⁊ sciendũ: dicit Gordonius: ꝙ lac multũ valet: si potet̃ mane: ⁊ sero: ⁊ si posset abstinere ab omni alio potu: ista est curatio ꝓseruatiua fm̃ Gordoniũ. Curatio actualis hydropisis ꝓsuppositis vniuersalibus: in omni hydropi prouocetur vomitus cum decoctione raphani: ⁊ oximelle diuretico: deinde vtatur tali sirupo precipue in causis frigidis. ℞ radicis aristologie: hyreos: fenniculi: petrosilli: brusci: sparagi: graminis: apij: gentiane añ vnc. iij. cõquassentur: ⁊ tempent̃ in aceto fortissimo ꝑ diẽ: ⁊ noctẽ: colet̃: ⁊ colature addat̃ mellis rosati: ⁊ zuccari añ lib. ß. ⁊ fiat sirupꝰ deĩde tali vtet̃ medicina. ℞ euforbũ: pulpe colloquintide: agarici añ ʒ. ij. lacce: spice nardi: bdelij: seminis

minis endiuie: se. Scariole añ ʒ.ß. succi hyreos: suc. absynthij: suc. cucumeris asinini añ unc. ß. carnium citoniorum ʒ.j. puluerizanda pulueriżent: ⁊ fortissime incorporent cũ oximelle sqlitico: qd sufficit. vtatur duobus: vel tribus dieb' sirupo predicto: ⁊ sequẽti die vtatur de predicta medicina vsq3 ad ʒ.j. vel.ij. ⁊ iterũ qnq3 diebus vel sex vtatur sirupo: deinde duobus diebus primis vtatur medicina: ⁊ ita paulatine euacuabitur aqua citrina hydropicorum: deinde stuphetur: deinde emplastretur cũ isto emplastro. ℞ stercoris bouini: stercoris capre: chimolee: desiccent ad ignẽ: postea: ℞ stercoris colũbini: sulphuris: nitri: limatiarum cũ testis suis: ⁊ testas cõchiliorum marinorum pterantur oĩa simul: ⁊ fiat emplastrũ cum vino albo: ⁊ extẽdatur sup ventrẽ: s3 si hydropisis esset de cã calida fiat emplastrũ de rosis: ⁊ sandalis: ⁊ camomilla sup epar: ⁊ emplastra calida non ponantur supra epar: s3 sup residuũ. Aliter scamoneã oẽs hydropici: ⁊ titimalũ: ⁊ alliũ: nisi sit lotu3 fiat aqua: ista aqua in delicatis curat oẽm hydropisim. Ego su3 expertus succu3 radicis hyreos: atrũ iste succus d3 esse crudus: q2 si esset coctus: nihil valeret: ⁊ accipiat de mane quãtũ media testa oui capit p se: vel cũ oleo sorbili: ⁊ procul dubio curat oẽm hydropisim: q̃ manu humana curari possit: du3 tñ puenet: educit enim.iij. vel.iiij. sellas aque citrine: ⁊ istud sufficiebat mihi: ⁊ de alijs medicaminibus nõ curaui. vltimo in despõne3: cũ non videmus aliã viã: scidatur p duos digitos subtus vmbilicum: sed istã curã relinquo cyrugicis. Et addit: q in hydropisi de cã calida siue cũ febre: vel apostemate nõ debet dari vinũ: nec panis: ⁊ potissime de frumẽto: s3 vtatur ordeaceo: ⁊ aqua ordei: ⁊ digeratur mã alio mõ. s. ℞ endiuie: scariole ortulane: ⁊ syluestris añ lib.ß. lacce: epatice: fumiterre: cuparo: ij: scolopendrie: cicoree añ ʒ.j. aceti albi unc.iiij. panis zuccari lib.j. mellis lib.ß. fiat sirupus lib.j.ß. Emplastret epar cũ sũmitatib' vitis albe: ⁊ succo maurelle: ⁊ epatice: ⁊ endiuie: ⁊ scariole: ⁊ aqua rosata. Et purget sic. ℞ florum boraginis: florum violarũ: fumiterre añ unc.j. ligritie munde: iuiube: foliorum absynthij: vuarũ passarũ mũdatarum añ unc.ß. prunorum.xx. spice nardi ʒ.ij. fiat decoctio in sero caprino: ⁊ i decoctiõe tempent cortices mirabolanorum citrinorum unc.j. fricẽt lento igni: ⁊ colent: ⁊ colature addatur cassie fistule munde unc.j. reubarbari ʒ.j. nunc ista curãt sicut dictũ supra in alio sirupo ⁊ euacuatiuo: si aliqb' diebus vtatur sirupo: ⁊ aliqbus euacuatiõe. In tympanite possent fieri saccellatiões de milio: panico: ⁊ furfure: ordeo pfracto: camomilla: ⁊ mellilo to: assent ista: ⁊ frequens fiat saccellatio: ⁊ multa alia ponit: ⁊ addit vnũ: qd nõ est reuelãdũ: nisi dilectis: sic dicit Gordonius ℞ reubarbari agarici añ ʒ.ß. spice nardi: sem. endiuie: sem. scariole: sem. portulace: masticis: lacce: dragãti: salisgẽme añ ʒ.j. mellis rosati unc.ß. puluerizãda pulueriżent: ⁊ in sole in vase vitreo diu agitent: ⁊ pficiatur ad modũ pserue rosate: ⁊ pseruent: ⁊ nõ reuelent nisi dilectis. hec ille.

Curatio hyposarche s3 nostrũ modũ est hec. Triplex intẽtio est in curãdo istã: prima est in digerendo: ℞ absynthij: a capillorum veneris añ m.j. passularum unc.j. bulliãt i lib.iij. aq ad psumptionẽ medietatis: postea cola: ⁊ colature adde mellis rosati colati unc.ij. ⁊ bulliant p duo miserere: ⁊ de ista decoctione: ℞ unc.iij. sirupi de eupatorio unc.j. sirupi acetosi diarodõ unc.ß. misce p vna vice: ⁊ postq3 ostẽdet digõnẽ fac scdã3 intentionẽ. scda intẽtio: euacuando dabis medicinam hanc. ℞ pillularum de reubarbaro Mesue ʒ.j. agarici ʒ.j. salisgẽme ʒ.j. bulliat agaricus: ⁊ salgemma in unc.iij. decoctiõis cordialis. s. in petia subtili: siue in stamigna posita: ⁊ adde in decoctiõe anisorum: fenniculorum: passularũ añ m.j. ligritie ʒ.ij. ⁊ bulliat p spatiũ duorum miserere: ⁊ postea exprimas bñ: ⁊ cũ dicta expressione distempa pillulas de reubarbaro: ⁊ da in potu in aurora: ⁊ si vellet prius cape pillulas: ⁊ postea bibere supra infusionẽ agarici idem esset. ista medicina facit optimã operationẽ: ⁊ est experta a me pluries. tertia intentio est dieta: q̃ sit subtilis sine carnibus: ⁊ cũ vino albo paucifero: vel rubeo: ⁊ da passularum coclear vnũ ante cibũ: ⁊ parum bibat: ⁊ si virtus esset debilis da mediũ cyathum prusi: ⁊ postea ferculũ de mane: s3 de sero solo ferculo vtatur: ⁊ cum modico marciapani.

Curatio asclytis: ⁊ tympanitis sm nostrũ modũ: sm quem curauimus plures. s. Ginũ Caponũ: ⁊ Petrũ Sodorinũ: quorum vter q3 erat asclyticus: ⁊ desperatus a medicis. Curauimus cum hac potione. ℞ succi hyreos: succi kebuli añ unc.vj. succi epatice: succi endiuie añ unc.iiij. passularũ de corinthio unc.ij. epatis lupi ʒ.j. aque absynthij: aque endiuie añ unc.vj. bulliant prius succi lento igne: vt depurent: postea bulliant passule: ⁊ epar lupi cum aquis dictis: ⁊ succis p quartã partẽ hore: postea cola: ⁊ iterũ mitte ad ignẽ cum zuccari electi unc.ij. ⁊ vno albumine oui: ⁊ cu3 elleuat bulliturã asperge cũ modico aque endiuie desup ⁊ albumine oui: ⁊ remoue ab igne: ⁊ cũ infrigidatum fuerit repone in ampulla: ⁊ da hunc potũ.30. diebus. s. unc.iiij. in mane pro vice: faciat singulo mane clystere ex duob' cyathis vrine: ⁊ medio cyatho olei rute unc.ij. zuccari rubei: ⁊ modico sale: faciat istam dietã: in mane capiat mediũ cyathum paruũ prusi: deinde ferculũ: ⁊ non bibat: nisi quartã partẽ cyathi sine aqua si est sine febre: ⁊ si cũ febre lymphatũ: ⁊ vltimo capiat duo coclearia passularum de corynthio: in sero bibat duo oua: ⁊ nil aliud: ⁊ modicũ panis intincti in vino albo: ⁊ vnũ haustũ paruũ. i. vno sorso. Cũ isto regimine isti fuerũt sanati. Ginus.18. die incepit vrinare multũ: ⁊ assclere: ⁊ sic in.30. diebus fuit sanatus. Alter vero. s. Petrus Sodorinus in.xxviij. diebus cepit vrinare multũ: ⁊ sic in decẽ diebus postea sanatus est ⁊ alios ẽt curaui eodẽ mõ. In loco passularũ feci fieri tortã marciapani p istis hoc mõ: ℞ passularũ de corynthio: amygdalarũ dulciũ añ unc.iij. cinamomi. ʒ.ß. zuccari optimi lib.ß. olei amygdalarum dulciũ: aque rosate: quãtũ sufficit: ⁊ coquatur lento igne: ⁊ dicitur marciapanũ passulatum: potes etia3 facere cum unc.iij. passularum: ⁊ cu3 amygdalis: ⁊ seminibus cõibus añ unc.j. ⁊ erit magis gratum.

De hycteritia.

Hycteritia est simplex vlis cutis defedatio: sicut morphea est defedatio cutis maculosa: sed differunt: quoniã defedatio morphee est pter errorem tertie digestiue: ⁊ hycteritia propter errorem secunde. Tres autẽ species sunt hycteritie: citrina: viridis: ⁊ nigra: modus aũt gñandi est iste: qñ qñ nã sine bullitione mittit colerã ad cutẽ: defedatur cutis vniuersalis sine macula: ⁊ talis: dfedatio appellatur hycteritia: qñ vnus: idẽ humor cũ trãsmittitur ad diuersas ptes: diuersas causat passiones. Cause aũt sunt extrinsece: aut intrinsece: extrinsece sunt sex res non nãles: ⁊ ad

has reducit̃ morsus reptiliũ venenosoꝝ: ⁊ assumptio
veneni: cõmestio ciboꝝ calidoꝝ: ⁊ vl̃r oĩa illa pñt esse
causa hycteritiei q̃ vltra tempamẽtũ mł̃tiplicãt cole
ram. Cause intrinsece aut sunt pp epar: aut pp alia
membra. Si pp alia mẽbra: aut pp chistim fellis: aut
ꝓpter splenẽ: aut pp venas totius corporis. Si ꝓpter
chistim: aut est pp malã complexionẽ: aut pp aposte
ma: aut pp oppilationẽ ipsoꝝ meatuũ. s. illius: p quẽ
trahit: aut illius: p quẽ mittit ad ĩtestina: aut illius:
per quẽ venit ad stomacũ: ⁊ si fuerit pp splenẽ sil̃r ac
cidit pp illa iã dicta: nisi q tunc est hycteritia nigra:
⁊ si fuerit pp venas totius corporis: aut pp nimiã ca
liditatẽ: aut multũ sanguinẽ: aut humores: accidit ẽt
febris pp expulsionẽ materie ad totũ corpus. Curatio
hycteritie ad tres causas reduci pñt. s. ad causas ve
nenosas: ⁊ ad causas calidas: ⁊ ad causas frigidas: ⁊
ad causas oppilatiuas ſm Gordoniũ. Si hycteritia
ꝓuenit pp venena: in primis vtat̃ tyriaca: vel mitri
dato: deinde vtat̃ acetosis: sicut est succus acetose: ⁊
acetositas citri: succus maloꝝ granatoꝝ: sil̃r lac pota
tuz cũ oleo amygdalaꝝ dulciũ valet in hycteritia pp
venenũ: sicut dicit Auic. Si cã fuerit cal'a: ⁊ corpus
videat̃ plectoricũ: fiat flobotho de vena epatis vtrius
que brachij: deinde mundificet̃ corpus hoc pacto. ℞
cassie fistule: tamarindoꝝ: mãne añ vnc. ss. distẽperet̃
cuz sero caprino: in quo bullierint flores boraginis: ⁊
violaꝝ. Si aũt colera dñet̃: digerat̃ mã per hunc mo
dum. ℞ acetose: scariole: endiuie: epatice: capilloꝝ ve
neris lactucelle añ vnc. iij. seminũ frigidoꝝ maioꝝ: ⁊
minoꝝ añ vnc. ij. spodij: sandaloꝝ añ ʒ. j. camphore:
spice nardi añ ʒ. ij. aceti albi vnc. iiij. panis zuccari
lib. j. ss. ⁊ fiat sirupus q̃ñ lib. ij. Materia digesta pur
get̃. ℞ pulpe cassie tamarindoꝝ añ vnc. j. reubarba
ri infusi ĩ vino albo: ⁊ aqua endiuie ʒ. j. electuarij de
psilio ʒ. j. distempent̃ cũ decoctiõe recẽti: ⁊ cordiali:
⁊ postea addat̃ expressio reubarbari. Dieta horuz sit
panis in parua quãtitate: vinũ albuz bñ lymphatũ:
carnes volatiliũ: ⁊ hedoꝝ: ⁊ pulloꝝ in parua quãtita
te: ⁊ vtat̃ piscibus squamosis: ⁊ acetositate citri: ⁊ her
ba dicta acetosa. Si aũt cã cẽt frigida: digerat̃ cũ oxi
melle simplici: ⁊ melle rosato colato añ ʒ. vj. aq̃ apij:
fenniculi: saluie añ vnc. j. p vna vice ⁊ det̃ vsq̃ ap
pareat digõ: postea mũdificet̃ cum ista medicina. ℞
agarici: vł turbith ʒ. j. salisgẽme ʒ. j. buliat ĩ vnc. iij.
decoctionis cordialis addendo anisum: fenniculũ: ⁊
apium añ. m. j. ⁊ colet̃: ⁊ colature addat̃ diafiniconis
ʒ. j. ⁊ exhibeat̃ in aurora. Nota: q vomitus in oĩ hy
cteritia ꝯfert. Item lac bullitũ cum modico aceto: ⁊
aqua curat hyctericos de cã calida. Idẽ facit herba
pilosella cũ vino cõmesta. Itez rasura eboris cũ vino
in ieiuno accepta. Itẽ piscis vocatᵘ tẽcha extinguat̃
sup epar. Itẽ succus morelle: vel solatri epithimatus
exptus est cũ modico aceti. Itẽ endiuia: scariola ortu
lana cõmixte cũ modico aceto: ⁊ modica aqua: ⁊ pau
co zuccaro curat oẽm hycteritiã de cã calida. Itẽ en
diuia: ⁊ scariola syluestres: ⁊ eupatoriũ cõmesta cũ vi
no albo: ⁊ modica portione aq̃ raphani distillate cu
rat oẽm hyctiritiã de cã frigida. Item serũ caprinũ
multũ cõmẽdat̃ ad hyctiritiã. Si aũt hycteritia fue
rit pp splenẽ: ⁊ cũ apostemate fiat flobothᵃ de basilica
partis sinistre: ⁊ si vlterius indigeat: fiat de saluatella
manus sinistre. Si aũt hycteritia fuerit sine apostᵗᵉ: ⁊
sine febre: si venit pp oppilationẽ duritiei splenis: ⁊
pp malitiã mollificãdi: det̃ sirupus talis. Decoquat̃
in sirupo acetoso: ⁊ sirupo squillitico scolopẽdria: ra
phanus: capares: squinãtũ: centaurea: ⁊ vtat̃ ista po
tione: deinde purget̃ melia sic. ℞ mirabolanoꝝ indo
rum: belliricoꝝ: emblicoꝝ añ vnc. ss. bulliãt in sero ca
prino: in q̃ bullierint flores boraginis: flores violaꝝ:
folia sene: passule mũde ab arillis: ligritia mũda: dei
de fricent̃ mirabolani manibus: ⁊ colent̃: ⁊ colatura
det̃ ĩ aurora. Ad hycteritiã remediũ laudatũ a Gal.
vermes luti triti. s. ʒ. ij. dati in potu cũ vino albo sa
nant eadẽ hora Rabi Moyses. 22. particula aphor.
Ad idẽ cõmẽdatũ a Francisco de Pedemontiũ. ℞
lacce ʒ. j. ss. distẽpera cũ aqua sparagoꝝ: ⁊ paritarie
añ vnc. j. ss. vel cum decoctione istoꝝ est mirabilis.

De passionibus splenis.

Splen est mẽbrũ rarum spongiosum: oblongũ:
in sinistra parte corporis collocatuz: ad mũdifi
candũ: ⁊ depurandũ sanguinẽ ordinatuz. Pro quo
nota: q qñ splen bñ mũdificat sanguinẽ: corpus est
iocundũ: bñ dispositũ: ⁊ qñ non bñ mũdificat: adue
nit tristitia corpori: ⁊ multe alie male dispositiones:
qm̃ si splen deficiat in attrahendo gñat̃ hyctiritia: ⁊
si deficiat postq̃ traxit in ꝯtinẽdo causat̃ fluxus ven
tris: ⁊ si deficiat digerẽdo: ⁊ immutando causat̃ duri
ties: apostᵃ: ⁊ oppilatio: splen igit̃: sicut alia mẽbra pa
titur morbos ꝯsimiles: offitiales: ⁊ cões. Cause oppi
lationis: ⁊ duritiei quedã sunt extrinsece: ⁊ quedã in
trinsece: extrinsece sunt multiplicatio ciboꝝ melico
rum: sicut caseus: caulis: ⁊ legumina: ⁊ accidẽtia ani
mi sicut timor: tristitia: ⁊ hmõi. Si aũt sint intrinse
ce: aut ꝓuenit ab epate multiplicãte humorẽ melãco
licũ: aut a splene: cũ ĩcurrat aliquã malã cõplexionẽ:
aut frigidã: aut calidã: aut siccã: aut humidã: aut pp
apostemata: aut solonẽ ꝯtinui. Curatio: intellige pᵒ q̃
cõferũt epati: ꝯferunt spleni: ⁊ q̃ nocẽt epati: nocent
Mestrua currūt nāliter a. 14. anno vsq3 ad. 40. ꝛ qñq3 vsq3 ad. 50. 2ᵐ enim diuersitatē cōplexionuꝫ citius perdunt mestrua: vel tardius: retinent aliqñ nāliter: aliquādo preter nāꝫ nāliter retinentur ante. 14. ꝛ post. 40. vel. 50. retinent etiā nāliter in ꝯceptu: lꝫ aliquādo fluant: sed parū: ꝛ raro fluūt: ꝛ scōm etates lune: puellis veniunt in pª quadra: iuuenibus in. 2ª ꝛ que magis ꝓcesserunt in etate in. 3ª quadra: ꝛ alijs in. 4ª ꝛ vltª quadra. Et ex hoc possumus elicere: ꝙ iuuenes debēt flobothomari in noua luna: ꝛ senes in antiqua: qm̄ ars imitat nām: ideo luna vetus veteres minuit: noua luna minores. Cause aūt retentionis preter nāꝫ: aut sunt extrinsece: aut intrinsece: extrinsece sunt indebitū regimen sex rerum nō nāliuꝫ: si intrinsece: sunt tribꝰ modis: aut rōne virtutis: aut membri: aut humoris. Si rōne virtutis: hoc est rōne alicuius male cōplexionis debilitantis virtutem: siue calida: siue frigida: siue sicca: siue humida. Si ꝓpter membra: q2 ꝯstrictū: ꝛ oppilatū sicut ex matrix: ꝛ orificia venaruꝫ. Si ꝓpter humorē: hoc est aut propter quātitatē: aut qualitatē: si ꝓpter quantitatē: q2 sanguis est in corpore in parua quātitate: si ꝓpter qualitatem: hoc est aut q2 nimis grossus: aut viscosus: aut q2 nimis subtilis: ꝛ ita de alijs causis. Curatio fiat in primis cū flobothª de vtraq3 basilica ꝓpter causam antecedentē: si pticularia ꝑueniant: deinde de vtraq3 saphena: deinde mundificet mā scōm indigentiā humoris peccātis. Corpore alterato: ꝛ mūdificato vtat diureticis: ꝛ aperitiuis: q2 que ꝓuocant vrinā: ꝓuocant mestrua. Mālia sunt ista rubea tinctoꝝ: origanum: calamentū: pulegiuꝫ: dictamus: anisum: maratrum: ciminū: ameos: siseleos: spica nardi: squinantū:

calamus aromaticus: myrrha: oppoponacū: piretrū: eruca: castoreū: fella nigelle: muscus: serapinum: coloquintida: piper: assarū: accipiat̃ ergo vnū ex istis: vel plura ⁊ fiat decoctio: ⁊ empl̄a: ⁊ vnguētum. Potio: que valet ad ꝓuocandū mestrua. ℞ matricalis: ⁊ saluine añ. m. j. bulliant cum vnč. ij. mellis: ⁊ cola: ⁊ vtere illa coctione. Ad idem trociscorū de myrrha. ℥. j. prouocat mirabiliter.

¶ De nimio fluxu mestruorum.

Mestrua fluūt nãliter qualibet lunatione semel scḋm ꝙ ꝯuenit etati mulieris: ⁊ alia ꝑticularia: ⁊ durat a tribus diebus vsqȝ ad septē 2m diuersitatē complexionū: ⁊ qñ mestrua currunt 2m ꝙ opȝ in quãtitate: qualitate: ⁊ ordine: tunc sunt mulieres sanatiue: ⁊ caste: ⁊ fecunde: qñ vero mutant̃: tunc sunt egrotatiue: ⁊ incontinētes: ⁊ steriles: ⁊ si gñant imbeciles: ⁊ morbidos gñant: aliqñ ergo fluunt preter nãm: ⁊ sunt causa multoꝝ morboꝝ. Cause hmōi sunt aut extrinsece: aut intrinsece. Si extrinsece sunt casus: ⁊ percussio: ⁊ alie res nō nãles non ꝯuenienter administrate. Si aūt cause intrinsece sunt ꝓpter tria: aut ꝑ virtutē: aut membrū: aut humorē. Si ꝓpter virtutē: hoc est ꝓpter aliquã malam cōplexionē: si ꝓpter mēbra: aut q: laxum: mollificatū: aut apertū: si propter humorē: hoc est aut q: peccat quãtitate: aut qualitate. s. subtilitate: aut q: nimis subtilis calidus acutus: aut salsus: mordicatiuus: aut putridus ventusus: aut subtilis aquosus frigidus. Curatio: nullus fluxus dȝ curari quãdiu pōt nã tolerare: ⁊ est bene colorata: si debilitat̃: restringat̃: ⁊ si ꝓpter causas male cōplexionatas: reducant̃ ad tēperiem ꝑ ꝯtrariū suum: ⁊ tunc oēs cāe pñt reduci ad duas: aut ad nimiã frigiditatē aquosam: subtilē: ⁊ indigestã: aut ad nimiã caliditatem: subtilē: acutã. Et si cã fuerit frigida: tūc dent̃ q̄ calefaciūt: ⁊ ingrossant ex parte ciboꝝ: ⁊ medicaminum: lac coctū: frumentum coctū: farina tritici: faba fracta cū cinamomo: rizum: mēta: vinū grossum. Ex ꝑte medicaminū: dent̃ nux cipressi: ⁊ foliū eius: myrrha: ⁊ maxie valet mastix: thus: laudanū: storax: anisum coctū: exercitiū forte: ⁊ fricationes. Trocisci de carabe: trocisci de terra sigillata: isti trocisci valēt ad firmãdū fluxū. Si causa fuerit calida: dent̃ lentes cū aceto: portulaca: lac acetosū coctū: panis ordeaceus: sūba cauliū: pira cotana: mespile: sorbe: ⁊ ita ḋ alijs: deīde ponant̃ vētose magne sub vtraqȝ mamilla: ⁊ si corpus sit plectoricum: ⁊ virtus toleret: fiat flobothomia de basilica. Nota: ꝙ super oīa experimenta: istud maxime valet. ℞ succū plantaginis vnč. ij. gummi arabicum ℥. ij. misceant̃: ⁊ vna pars ꝓijciat̃ in matricē: ⁊ alia sumat̃ ꝑ os: ⁊ ꝯtinetur: ⁊ vlibus precedentibus ꝓculdubio curat. Et nos dicimus: ꝙ suffumigatio facta cū thure ignito maxime firmat fluxū mestruorū. Emplastrū ad firmandū fluxum mestruoꝝ. ℞ trociscoꝝ stelle ℥. j. olei rosati vnč. j. incorpora: ⁊ inunge ventrē: ⁊ renes in sursum. Itē potio nostra de pomis granatis optima est ad firmandū fluxum. Itē aqua porrecte valet ad firmandum fluxum.

¶ De suffocatione matricis siue dolore.

Suffocatio matricis est ascensus matricis ad superiora: vel vapoꝝ eius vsqȝ ad diafragma ꝑ vapores corruptos venenosos: ꝓpter qḋ accidit compressio spũalium: ⁊ syncopis: ⁊ ablatio sensus: ⁊ motus in toto corpore: ⁊ dolor capitis: ⁊ renū. Causa hoc est ꝓpter vapores venenosos existentes in matrice: q accidūt ex tribus: aut ex spmate retēto: sicut accidit viduis: q̄ ꝯsueuerūt coire: aut accidit puellis: cū carēt viris: alia causa est humoꝝ corruptio in matrice: alia est mestruoꝝ retentio. Curatio: aut mulier est in paroxismo aut nō: si in paroxismo: tūc fiant fricationes fortes in extremitatibus cū sale: ⁊ aceto: ⁊ ligationes fortes ⁊ dolorose in coxis: deīde apponant̃ fetida naribus sicut assa fetida: ⁊ castoreū: ⁊ hmōi: ⁊ a ꝑte inferiori suffumiget̃ cum ligno aloes: ambra: ⁊ gariofilis: ⁊ alypta muscata: deinde obstetrix intingat digitū in oleo de violis ⁊ allijs: ⁊ intromittat ī vuluã corruptae: ⁊ ꝯcutiat: deinde fiat sternutatio cū castoreo: pipere: ⁊ syncopi. Cuȝ cessauerit paroxismus: ⁊ causa fuerit retentio mestruoꝝ: fiat flobotha de saphenis. Si fuerit ꝓpter retentionē spmatis: nubat in christo si pōt: si non pōt: iaceat super folia agni casti: odoret rutam: abstineat a carnib9: ⁊ vino. Si vis ꝓuocare mestrua: fiat cū agarico: menta: castoreo. Ad suffocationē matricis. ℞ pillularū de mastice cuȝ castoreo ʒ. j. reformēt̃ due pillule ⁊ exhibeant̃ sepe. Nos ex ꝑte sumus in maxima prefocatione tenere manū nostrã calidā supra matricē: ⁊ sedata ē prefocatio subito ī pulchra morella. 3o ponendo in balneo aque bullite cū camomilla: melliloto: ⁊ aneto. In ꝑfocatione matricis fac cerotū ad vmblicū ex galbano ⁊ tyriaca añ. ℥. ij. addito oleo rosato ad sufficientiã: ⁊ dissoluat̃ prius galbanū in aceto. Pro suffocatione matricis qñ eris dubius an veniat a corruptione spermatis vel a corruptione mestrui. ℞ seminis agni casti. ℥. j. s. squinãti doronici añ. ℥. j. bertonici saturegie añ. ℥. j. mellero- mellis
sato sodo vnč. iiij. rosato colato vnč. ij. gingeue noce "Syrupi
muscata cinamo añ. ʒ. s. misce ⁊ fa latē posse agiūgere fac ē3
limatura dacciaio coretta ℥. ij. Ad idē. ℞ doronici squinanti seme dagno casto bertonica saturegia añ. ℥. s. diarodon diabuglossato añ. vnč. j. misce per vsare ogni di.

¶ De precipitatione matricis: ⁊ casu.

Matrix precipitat̃ aliqñ: ⁊ declinat versus alterum laterū: ⁊ tunc appellat̃ precipitatio: ⁊ aliquando descēdit versus inferiora: ⁊ vocat̃ casus: ⁊ ita passiones matricis sunt tres: suffocatio: casus: ⁊ precipitatio. Cāe aut sunt extrinsece: aut intrinsece: si extrinsece: aut casus: aut sessio super lapidē frigidū: aut in aqua frigida: ⁊ si interior aut fit a mollificatione lacertoꝝ: aut ꝓpter ꝯcursum hūiditatis aquose versus matricē: aut ꝓpter vētositatē: ⁊ ita de alijs. Curatio: in primis ꝓuocet̃ vomitus: dieta fiat calida: ⁊ sicca: deinde si precipitatio est in altero laterū: ꝯcat ventosa in altero. Si fuerit casus matricis: fiat ventosa subtus mamillis sine scarificatione: deinde apponantur aromatica naribus: ⁊ suffumiget̃ inferius cū fetidis: deinde obstetrix intingat manū in oleo masticis: ⁊ ponat matricē ad locū suū: deinde bulliat in vino pōtico mastix: nux cipressi: hypoquistidos: bolus armen9: ⁊ inuoluat̃ lana: ⁊ super orificio apponat̃: ⁊ fiant reliqua: que dicta sunt in exitu longaonis: deinde emplastret̃ venter cū mēta: arthemisia: sauina bullitis in vino pontico. Si fuerit ex vētositate: sacellet̃ cū furfure bullito in vino: aut cū aniso: ⁊ rutha: aut cum latere asperso in vino albo calido. Si fuerit duritices versus alterã partē: post vomitū: applicet̃ ventosa in latere opposito: deinde accipiat̃ mucilago psilij: fenugreci:

fem. lini ⁊

sem.lini: ⁊ misceat cũ medulla ceruiꝛ ⁊ vituli: ⁊ assungia galline: ⁊ applicet: ⁊ ab intus: ⁊ ab extra. In casu aũt matricis sedeat in aquis stipticis: postquã precesserint: que dicta sunt. Suffumigatio facta cuz thure ignito: ⁊ bolo firmat casuz matricis. Itẽ aqua porrecte ad precipitationem: ⁊ casum.

¶ De apostematibus matricis.

De apostemate matricis. Apostemat matrix: sicut alia membra. Causa aut est extrinseca: aut intrinseca. Si extrinseca: casus: vel percussio: vel nimius coitus: aborsus: partus innãlis ab obstetrice indocta male tacta. Causa intrinseca est retentio spermatis: aut mestrui: aut humor currens ad locũ: sicut sanguis: colła: aut fleg^a aut melia: aut viscositas: aut aquositas: aut simplex: aut ꝯpositus: ⁊ aliqñ adustus. Signa apostematis sunt dolor in parte matricis vbi est mã: aliqñ aũt apostema ẽ in ꝓfundo matricis: aliquando in lateribus: aliqñ in orificio: ⁊ ita diuersi dolores apparent. Ad apost^a matricis etiã sequit dolor capitis: ⁊ dolor ĩ radicibus oculoꝝ: difficultas anhelitus: dolor stomaci: ⁊ dolor ĩ dorso: in pectine: ⁊ coxis. Accidit claudicatio: ⁊ ꝯstipatio matricis: si mã est calida: adest febris: dolor vehemens cũ punctura: ⁊ vigilie: inquietudo: ⁊ cũ matrix sit mẽbrũ multũ sensibile: ⁊ si causa fuerit frigida: oĩa sunt remissa: ⁊ apost^a aliqñ est durum: sclyroticũ: ⁊ aliqñ est cancrosum: ⁊ discernit cancrosuz: qꝛ quod exit est virulentũ: grauis odoris: ⁊ diuersoꝝ coloꝝ. Pronosticatio: tõẽ apost^a matricis est difficilis curationis valde: ⁊ quanto magis ad interiora ꝓcedit: ⁊ cum augmentat sanies: augmẽtat febris: ⁊ dolor: ⁊ si sanies est alba iuncta: ⁊ equalis: ⁊ sine odore horribili est bonũ signũ. s. euasionis: ꝙ si virulenta: fetida: diuersoꝝ colorum est malũ signũ. Curatio: si causa ẽ calida: ⁊ corpus sit plectoricũ: fiat flobothomia de basilica: deinde de saphena si ꝑticularia ꝯueniant: deinde ꝓuocet vomitus: ⁊ mundificet corpus cũ mãna: ⁊ cassia: ⁊ dieta sit tenuis: sicut in febre acuta. Ad apost^a vero in pñ^o fiat repercussio ad ext^a: ⁊ ad intra: si mulier est corrupta. Ad extra fiat emplastrũ hoc supra matricẽ. ℞ coriandri recentis: plãtaginis: quinqꝫ neruie: lactuce: portulace: bulliant: ⁊ ex his fiat empl̃um cũ aqua rosata ⁊ aceto. Ad intra vero fiat pessariũ si mulier corrupta est cũ illis eisdez: deinde decoquantur lentes: plantago: ⁊ portulaca in aqua: ⁊ sedeat mulier in illa aqua: hoc repercutit: ⁊ mitigat dolorẽ. Et cũ apost^a est in augmento addatur fenugrecũ: sem.lini: ⁊ farina ordei: ⁊ cũ est in statu: apponat farina volatilis molendini: malua: fenugrecũ: sem.lini dactyli cocti triti: ⁊ carice: ⁊ fiat empl̃uz cũ oleo camomille. In declinatione vero inungat intus: ⁊ extra cũ oleo d̃ spica nardi: ⁊ pessarizet cũ myrrha: sarcocolla: hysopo: ⁊ melle: ⁊ vino albo. Et vtat lacte cũ spica nardi. Si aũt causa fuerit frigida: mũdificet corpus scd̃m exigentiã humoris peccãtis: deinde emplastret: ⁊ pessarizet cum malua: fenugreco: sem.lini: portulaca: radice lapatij: ⁊ ꝯficiant cuz oleo de camomilla. In augmẽto addat stercus columbi: carice: radices lilij: ⁊ oleũ de spica nardi: ⁊ in statu addat bdelium: ⁊ armoniacũ. Si vero mã esset valde dura: vtat diaquilon: aut fiat empl̃um de assungia gallinacea: ⁊ arietina: ⁊ medulla vituli: ⁊ vitellis ouoꝝ: ⁊ cuz sem. malue: ⁊ fenugreci: ⁊ sem.lini misceat: ⁊ fiat empl̃uz: aut vng^tum aut pessariũ: deinde mũdificatiua: q̃ dicta sunt. Et nota: ꝙ magis ex saguine mestruo fit apost^a qꝛ plus abundat: ⁊ lꝫ sperma peiores habeat qualitates: nõ tñ ibi manet: sed spargit ꝑ corpus: ⁊ in pñ^o corpore plectorico ꝯuenit floboth^a de basilica: sed corpore non plectorico: competit flobothomia de saphena quantum ad causam coniunctam.

¶ De vlceribus: ragadijs: ⁊ pruritu.

Vlcera: ragadie: ⁊ pruritus accidunt quãdoqꝫ in matrice. Causa aut est exterior: aut interior: si exterior casus: obuiatio: partus innãlis: grossitudo virge: impositio medicaminis acuti: vt nigelle. Causa interior est aut ꝓpter rupturã apostematis aut ꝑ humores acutos corrosiuos: aut ꝓpter saniem: ⁊ silia. Signa: si quod exit est saniosum: tũc est ruptura apostematis: ⁊ si est virulentũ fetidũ: tũc est corrosio: ⁊ cãcrositas: ⁊ si est sicut lotura carnis: tunc est ibi putredo: ⁊ si ex humoribus calidis: est ibi calor: dolor: punctura: mordicatio: ⁊ inquietudo: ⁊ si causa est frigida: oĩa sunt remissa: discernit etiam ex visu: si fuerit versus orificiũ: ⁊ si in ꝓfundo est dolore discernit: ⁊ etiaz põt videri hoc mediante speculo. Curatio. ꝑ^o mundificet corpus cũ floboth^a ⁊ farmatia: ⁊ vomitu 2^m exigentiã humoꝝ ⁊ particularũ: ⁊ iniũgat dieta tenuis: deinde mitiget dolor sic. Extrahat succus plantaginis: ⁊ portulace: ⁊ quinqꝫ neruie: ⁊ coriandri recẽtis: ⁊ colet: ⁊ tepidũ inijciat in matricẽ: ⁊ frequẽter. Deinde sedeat in hac aqua. ℞ gallarũ: lentiũ: balaustiarum: psidie: sumach: rosarũ: ⁊ sandaloꝝ: ⁊ bulliant in aqua sufficiẽter: ⁊ sedeat in ea. Deinde mũdificet matrix cũ decoctione absynthij: hysopi: ⁊ mellis rosati ⁊ vini albi: ⁊ lactis: ⁊ colet ꝑ pessariũ: ⁊ iniciat. Deinde vtat isto vnguẽto. ℞ dragãti: gũmi arab. ceruse lote: cachymie: litargyrij: amili: sanguinis drac. boli arm. rosarũ rubearũ añ. ℥. j. corticis eris ℥. ij. olei rosati ⁊ cere quãtũ sufficit: ⁊ cũ ista parata fuerint fiat vnguẽtum: ⁊ si vnguentũ non põt attingere ad locuz: decoquant oĩa in lacte cũ oleo rosato ⁊ colet: ⁊ colatura ꝑ pessariũ inijciat. Si aũt volum^9 carnẽ gñare: fiat vnguẽtũ de myrrha: ⁊ aloe: sarcocolla: sanguine drac. litargyrio: tutia lota: cachymia lota: ⁊ cũ oleo rosato ⁊ fiat vnguentũ: aut ista decoquant in lacte: ⁊ colent: ⁊ proijciat. Cum istis pñt curari vlcera matricis: ⁊ ragadie: ⁊ violenta defloratio. Si autẽ fuerit pruritus: fiat floboth^a: ⁊ purget humor iuxta qlitatẽ suã: deinde pessarizet cum frigidis: sicut sunt rose: sandali: hipoquistidos: ⁊ oleum rosatũ: ⁊ vtat dieta frigida: qm̃ aliqñ ex pruritu accidit tanta titillatio: ꝙ aliquo coitu sanari nõ posset. Nota: ꝙ in vlceribus aliqñ cõpetunt frigida: sicut ad sedandũ dolorem: vt papauer: ⁊ calida cõpetunt ad mundificandũ: sicut absynthiuz: mel: spica nardi: lac: ⁊ sicca ad abstergendum: ⁊ glutinandum: sanguis draconis: bolus arm. modo ad generationem carnis: vt sarcocolla.

¶ De sterilitate mulierũ. s. ꝓuidendo: vt fiat fecũda.

De sterilitate mulierum. Sterilitas aut accidit ex ꝑte mulieris: aut ex ꝑte viri: aut vtriusqꝫ. Si ex ꝑte mulieris: aut accidit ꝓpter causas extrinsecas: aut ꝓpter causas intrinsecas. Si ꝓpter extrinsecas: aut accidit ex nimio potu aque frigide: aut qꝛ continuauit nimis cibari acetosa: aut aliqua cibaria male qualitatis: aut accidit ꝑ aliqua accñtia aĩe: sicut tristitia: timor: ⁊ similia: aut qꝛ post coitum saltauit: aut nimis velociter mota ẽ: aut qꝛ accipit aliqua

sterilizantia. Si ꝓpter causas intrinsecas: aut ꝓpter
membra matricis: aut ꝓpter totū corpus: si ꝓpter to/
tum corpus: hoc est ꝓpter passiones manifestas cere/
bri: cordis: stomaci: ⁊ epatis: aut q̄ꝛ mestrua sunt re/
tenta: aut q̄ꝛ nimis fluūt: aut q̄ꝛ nimis extenuata: q̄ꝛ
nimis pinguis: aut puella: aut antiqua. Si ꝓpter ma
tricem: aut ꝓpter morbos ꝯsimiles: aut officiales: aut
cōes: si ꝓpter morbos ꝯsimiles: tunc est mala ꝯplexio
matricis: aut seminis nimis calida: aut frigida: aut
sicca: aut humida: simplex: aut cōposita: cū mā: ⁊ sine
mā. Si aūt fuerit morbus officialis: tunc est sicut ve/
ruca: aut hemoroys: aut cicatrix: aut pinguedo in ori
ficio matricis interius: aut nimia strictura: aut ni/
mia laxitas: aut amplitudo: aut tortura: aut sanies.
Si aūt fuerit morbus cōis: tunc est solutio cōtinuita/
tis: aut vlcus. Si fuerit sterilitas ex parte viri: aut est
ꝓpter causas extrinsecas: aut ꝓpter causas intrinse/
cas magis. Si est ꝓpter causas extrinsecas: tunc est
sicut in muliere: aut nimius potus aque frigide: aut
nimia frequētia ciboꝝ acetosorum: aut alterius male
qualitatis: aut q̄ꝛ ē puer: aut decrepitus: aut crapulo
sus: aut ebriosus: aut vtiꝶ nimis coitu: ⁊ accidit: etiaꝫ
ꝓpter accidentia aie. Si fuerit magis ꝓpter causas
intrinsecas: aut est ꝓpter totum corpus: aut propter
mēbra gn̄onis: si propter totū corpus: aut ꝓpter egri/
tudines membroꝝ principaliū: ⁊ eis adiacentiū: sicut
est cerebrū: ⁊ ita de alijs: aut q̄ꝛ vene iuueniles: que re
tro aures sunt incise: aut q̄ꝛ est nimis pinguis: aut ex/
tenuatus. Si ꝓpter membra gn̄onis accidit: aut ꝓꝓ
morbos ꝯsimiles: tunc accidit ꝓpter malaꝫ cōplexio/
nem seminis: ⁊ testiculoꝝ calidā: aut frigidā: aut hu/
midam: aut siccā: aut q̄ꝛ testiculi sunt infrigidati cuꝫ
opio: iusquiamo: ⁊ similibus narcoticis: aut q̄ꝛ nimis
est vsus camphora: aut ruta: aut agno casto. Si vero
fuerit ꝓpter morbos officiales: tunc accidit aut quia
virga est nimis longa: aut nimis breuis: aut q̄ꝛ ē mol/
lificata: aut spasmatata: ⁊ testiculi siľr: aut q̄ꝛ testiculi
nō sunt: aut q̄ꝛ foramen virge est tortuosum: aut quia
lapis extractus est a vesica sua ꝑ incisionē. Si aūt fue
rit ꝓpter morbū cōeꝫ: hoc est ꝓpter vlcera: aut q̄ꝛ est
fascinatus: aut q̄ꝛ sumpsit aliqua sterilizantia. Si aūt
sterilitas accidit ꝓpter vtrūqꝫ: hoc est q̄ꝛ conueniunt
in malitia cōplexionis: aut q̄ꝛ malitia cōplexionis est
nimis intensa: ⁊ discōueniunt: ⁊ ita accidit sterilitas.
Si vterqꝫ est nimis calidus: aut frigidus nimis: aut
siccus: aut humidus: aut si vnus est excedenꝶ calidus:
⁊ alter excedenꝶ frigidus: q̄ꝛ semina nō pn̄t se tēpera
re: nec corrigeꝶ adinuicē: sed si alter excederet aliquā
tulum in caliditate: ⁊ alter parum in frigiditate: tūc
talibus seminibus posset bene resudare fecunditas.
Accidit etiā sterilitas: qn̄ vnus anticipat effusionem
seminis ante alterū: simul enim debēt venire semina.
Accidit etiā sterilitas: qn̄ instrumenta nō sunt bene
ꝓportionata: vt q̄ꝛ matrix est nimis ampla: ⁊ lata: ⁊
ꝯcaua: ⁊ virga est nimis breuis: ⁊ gracilis: nō eniꝫ est
bona ꝓportio. Signa primitiua: ⁊ manifesta ex iudi/
cio patientis cognoscunꝶ: egritudines etiā totius cor
poris: ⁊ partis: que precesserūt: satis note sunt volēti
aliquid inuestigare. Signa male cōplexionis calide
ꝑ hunc modū discernunꝶ: vrina intensa est: circa pu/
dibunda est multitudo piloꝝ: calor: ⁊ punctura: ap/
petitus in venere: velox emissio seminis: ⁊ delectatio:
mestrua sunt citrina: ⁊ sunt calida tactu: animose:
pulsus velox: sitis: veloces sunt in motib⁹: ⁊ in oībus
suis actionibus. Si aūt sunt frigide cōplexionis: tūc
sunt opposita vrina remissa: paucitas piloꝝ: paucí/
tas appetitus in venerē: paucitas mestruoꝝ: ⁊ albe/
do eoꝝ: tarda emissio seminis: ⁊ modica delectatio:
pulsus tardus: paruitas piger in motib⁹ suis. Si aūt
fuerit mala cōplexio sicca: tunc mulier est extenuata:
⁊ modicū: aut nihil emittit in coitu: mestrua pauca:
vrina tenuis: labia sicca: ⁊ fixa. Si aūt fuerit nimia
humiditas cā sterilitatis: tunc apparent ista signa:
matrix est humida: ⁊ post mestrua remanet humida:
⁊ quasi semper exit a matrice quoddam liquidū: flui
dum: albū: aquosum: ⁊ nō delectaꝶ in coitu: ⁊ matrix
est lubrica: ita ꝙ semen retineri nō pōt: ⁊ ista cā adue
nit vt plurimū iuncta cū frigiditate. Hipp. etiam do
cuit experimentū experiri: vtrū mulier esset parata
cōceptui. s. ꝙ suffumigareꝶ cum aromatibus: ⁊ si fu/
mus sentireꝶ ab intus parata erat: si autē non sentiꝶ
posset sterilis iudicari causa manente: qm̄ oppilatio
significaꝶ: ⁊ hoc experimētū valet etiā in virginib⁹.
Si aūt mulier fuerit corrupta: dn̄t aliqui auctores: ꝙ
supponat sibi dolsam allij: ⁊ si ab intus sentiat odorē
allij ascendendo vsqꝫ ad os: ⁊ nares parata est ad ꝯce
ptum: ⁊ si nō: nō: 3° pōt experiri: ꝙ semina proijcianꝶ
in scutella plena aqua frigida: ⁊ si supernatat: ille est
sterilis: si vadit ad fundū: fecūdus iudicaꝶ: ⁊ sicut de
viro iudicaꝶ: ita de muliere. Multa alia experimēta
ponunꝶ ab auctoribus: sꝫ nō adhibeo fidē: q̄ꝛ emperi/
ca videnꝶ. Pronosticatio: hemorrhois: ⁊ excrescētia
in matrice non recipit curationē: siľr nec tortuositas
foraminis virge virilis. Mulier fecūda magis viuit
sana: sꝫ citius est anus: mulier sterilis magis ꝯseruat
iuuentutē: sed magis est egrotatiua: notabilis ꝑuitas
virge nō recipit curationē: mulier vulnerata in ma/
trice: ⁊ postea cicatrizata nō recipit curationē: ⁊ si cō
cipiat valde timendū est de morte matris: q̄ꝛ orificiū
matricis nō est bn̄ dilatabile ad exitū fetus: cicatrix
ergo in matrice: aut orificio eius est valde mala. Cu/
ratio: si mulier fuerit sterilis ꝓpter malam cōplexio/
nem calida: in primis si ꝑticularia ꝯueniunt fiat flo/
botō de basilica: deinde de saphenis: deinde vtaꝶ si/
rupo rosato violato ⁊ nenufarino: deinde purgeꝶ cuꝫ
trifera saracenica: ⁊ reubarbaro: deinde stupheꝶ cuꝫ
herbis frigidis: deinde vtaꝶ rubea trociscata: deinde
vtaꝶ zuccaro rosato ⁊ triasandalis: ⁊ dragāto: deinde
vtaꝶ pessario de stercore leporis: ⁊ matrice leporis: ⁊
semine mercurialis cū modico melle rosato: deīde vi/
tet oīa cibaria calida: ⁊ exercitiū nimiū: ⁊ oīa q̄ pn̄t
nimiū calefacere: ⁊ vtaꝶ ordeato: ⁊ pane ordei nō so/
lum ꝑ dies: ⁊ menses: sed per annos: ⁊ vtaꝶ piscibus
squamosis de aquis mūdis: ⁊ vtaꝶ lacte acetoso: ⁊ or/
dinenꝶ sex res nō nāles in gradu opposito: donec ca/
lor sit reductus ad tēperiem. Si aūt causa fuerit ma/
la cōplexio frigida: ⁊ humida: digeraꝶ mā cum sirupo
calido: vt sirupo de absynthio: de eupatorio: melle ro/
sato colato oximelle simplici ⁊ hmōi cum aquis ꝯue/
niētibus arthemisia: sauina: ruta: maiorana: ⁊ hmōi:
deinde purgeꝶ cum electuario de dactylis: aut cū pil/
lulis aureis: aut cū hyera: ⁊ hmōi: deinde mundificeꝶ
matrix cū aqua decoctionis facte ex absynthio: myr/
rha: pulpa coloquintide ⁊ proijciaꝶ vnc̄. j. in matri/
ce: deinde vtaꝶ isto electuario. ℞ pulueris potionis
muscate: pulueris triphere magne sine opio: pul. sto/

matrici cōfortatiue: cōserue citrangulorꝫ añ vnc. j. li-
gni aloes: ambre añ vnc. ij. musci ℨ. j. panis zuccari
quantū sufficit: ⁊ fiat electuariū: ⁊ si nō sit fecundata
ꝓpter ista: vtaṫ isto puluere. ℞ testiculū veris dextrū
si vult masculū: ⁊ sinistrū si vult feminam: desicceṫ in
vmbra: ⁊ puluerizeṫ: tūc ℞ limature eboris: seminis
siseleos: matricis leporis: coagulū eius añ. ⁊ fiat pul-
uis: ⁊ vtaṫ isto puluere mane: ⁊ sero cū brodio cicerū:
vel carniū: vel vino albo: ⁊ pōt apponere puluerē li-
quiritie: ⁊ panē de zuccaro: vt sit magis gratū. Si au
tem fuerit matrix nimis humida fiat tale pessariū. ℞
myrrhe: aloe: masticis: thuris: laudani: nucis cipres-
si: ⁊ foliorꝫ ius: blacte bisantie: ligni aloes: galange: ge-
doarie: nucis muscate: aluminis: copularū glādiū añ
vnc. j. ꝯficianṫ cū oximelle squilitico: ⁊ fiant pessaria:
⁊ inuoluanṫ in corpore mūdificato: ⁊ vomitu p̄ceden
te matrici supponanṫ: ⁊ teneaṫ ꝑ vnā horam ⁊ quie-
scat ꝑ aliā: ⁊ vitet ociū: ⁊ exerceitet se ante cibū: vitet
omnes fructus: ⁊ oīa legumina: ⁊ oēs herbas crudas:
⁊ vitet oīa: que sunt dure digōnis: ⁊ carnes bouinas:
caules: caseū antiquū: oua in dura: ⁊ pisces bestiales:
⁊ silia: ⁊ vitet repletionē nimiā: vtaṫ carnibus assis:
⁊ auibus nō degentibus in aquis: ⁊ ordinenṫ oēs sex
res non nāles declināntes ad siccū. Si fuerit sterilitas
ꝓpter nimiā siccitatē: iungaṫ quies: ⁊ ociū: vtaṫ die-
ta resumptiua: vtaṫ lacte: ⁊ stet in leticia: ⁊ gaudio.
Vtaṫ isto pessario. ℞ cerebri cerui: ⁊ vituli: medulle
cerui: ⁊ vituli: butyri vacini sine sale: adipis caprarꝫ:
cere: ⁊ mellis quātū sufficit: ⁊ fiat pessariū: ⁊ totū re
gimen declinet ad humidū. Si fuerit sterilitas ꝓpter
pinguedinē matricis cōperit ieiuniū: dieta subtilis
parū nutriens: accidētia aīe: vt ira: solicitudo: tristi-
tia: vigilie: pessarizeṫ cum aurea alexandrina: vel ty-
riaca. Si fuerit sterilitas ꝓpter ventositatē: apponā-
tur q̄ cōsumūt ventositatē ꝑ modū emplastri ante: ⁊
post: ⁊ pessaria: ⁊ suppositoria: ⁊ clysteria: ⁊ balnea: ⁊
suffumigationes ex ruta: nasturtio: aniso: cimino: ane
to: castoreo: agno casto. Si fuerit sterilitas ꝑꝑ orificij
matricis stricturā: balneeṫ frequēter ī aqua decoctio
nis malue: bismalue: palee ordei: ⁊ auene: ⁊ fiant pes-
saria: ⁊ paulatim ingrosseṫ de apio: cimino: ⁊ melle.
Si fuerit sterilitas ꝑꝑ amplitudinē nimiā orificij ma
tricis: balneeṫ in aquis stipticis: vbi sint cauda equi-
na plantago: myrtilli: sumach: nux cipressi: mastix:
thus: bolus arme. galle: cupule glandiū ⁊ ex istis fiat
pessariū. Verrucā: ⁊ hemorrhoim restauratiuis cyru
gicis relinquo. Nota: ꝙ modus debitus coeūdi ē post
primū somnū cibo quasi digesto in stomaco: ⁊ mascu-
lus dꝫ excitare feminā tangēdo mamillas: ⁊ pectinē:
⁊ vuluā: ⁊ osculando eam: vt veniat ad emittendum
semen simul cū ea: nec statim emisso spermate exsur-
gat: nec mulier moueaṫ: sꝫ stet quieta versus partem
dextram: ⁊ dormiat si potest. Dubitaṫ hic si sperma
viri intret substantialiter cōpositionē tanquā pars
totius. Phs arguit ꝙ non: quia artifex non intrat
artificium: sed semen est artifex: quare ⁊c. Preterea
agens: ⁊ materia nō coincidunt: sed semen est agens:
ergo: non est materia. In contrariuꝫ est Galenus q᷑
fetus assimilatur modo patri: modo matri: sed non
est nisi ratione dominantis: ergo patris materia quā
doqꝫ donaṫ. Respondendo diciṫ: ꝙ semen non habet
ista omnia: sed solum spiritus gignitiuus cōpositus
ex tribus spiritibus: q est in semine: ⁊ ille est sicagens
⁊ sicut forma: ⁊ non coincidit: ⁊ nō intret substantia-
liter fetus compositionem. Et Haly appellat istum
spiritum intelligentiā diuinam que generat embrio-
nem: quare nō est incōueniens si semen intrat substā-
tialiter. Potest etiaꝫ aliter dici: ꝙ semen habet duas
partes: vnā partem subtilem spiritualem: per quam
effectiue concurrit: ⁊ aliam crassiorem: que est sicut
vehiculum alterius: que materialiter concurrit.

De mola matricis.

De mola matricis: est frustū carnis: quod nasci
tur in matrice loco fetus ex mala dispositione
matricis. Et est intelligendum: ꝙ triplex est mola. s.
ventosa: aquosa: ⁊ carnosa: inflatur enim matrix ac si
esset pregnans: ⁊ aliquando impletur ventositate: ali-
quando aquositate: ⁊ aliquādo carnositate. Et medi
ci cōmuniter dicūt: ꝙ fit ex caliditate seminis mulie-
ris cum currit ad matricē cum carētia seminis viri-
lis: sic dicit Gordonius. Phs autem vult quarto de
aīalibus: ꝙ fiat ex frigiditate matricis: ⁊ iō volendo
saluare medicos opꝫ dicere: ꝙ intelligunt molā car-
neam factā esse ex caliditate respectu mole ventose: ⁊
aquose: ⁊ nō absolute s̄m phm fit ex semine viri de-
bili: ⁊ mala dispositione frigida matricis: quare sine
coitu non pōt fieri: sed s̄m Auic. sic poteſt fieri quia
s̄m eum fit ex semine mulieris cū sanguine mestruo
carēte semine viri. Habꝫ aīaꝫ vegetatiuā saltē: q᷑ au
geṫ: ⁊ nutriṫ. Tornimira vult ꝙ hēat aīam sensitiuā
enormis aīalis: qđ laici appellāt arpā: q᷑ arpa hꝫ ro-
strum acutū sicut mus: ⁊ dr̄ in Italia frater lumbar-
dorꝫ: q᷑ in eorꝫ terra gn̄atur ex multiplici mā. Signa
aliqua sunt per q̄ assimilaṫ p̄gnationi: primo q᷑ ven-
ter sit tumidus: scđo sentiṫ motus: sicꝫ si esset embrio:
tertio mestrua retinenṫ: quarto mamille inflantur: ⁊
indurantṫ: qnto cadit aperitus: ⁊ discoloraṫ mulier:
sicut ⁊ vere p̄gnans. Signa distinctiua sunt ista: p̄mo
motus nō est ordinatus in mola: nec piodalis: nec de
latere ad latus: nisi cū expulsione: scđo venter est du-
rior: q̄ꝫ in ꝯceptu nāli: tertio pedes sūt molles valde.
Pronosticatio: mola est difficilis curationis: aliqñ
stat ꝑ quatuor annos: aliqñ vsqꝫ in finē vite. Curatio
si ꝑticularia ꝯueniāt fiat flobotḣ deinde deṫ farma-
tia: denṫ ⁊ oīa: q̄ prouocāt aborsum: balneeṫ in aqua
decoctionis maluarū: ⁊ similiū. Vtaṫ sirupo arthemi
sie: ⁊ sauine: calamēti: leuistici: betonice añ vnc. ij. ma
tratri: squinātꝫ: spice nardi: calami aromatici: cipi añ
vnc. j. aceti vnc. iiij. mellis lib. s. fiat sirupꝰ deide pur
getur cū theodoricon empicon: deinde fiat stupha: ⁊
ponanṫ ea: q̄ ponunṫ in sirupo: ⁊ vtaṫ aurea alexan-
drina: ⁊ suffumigeṫ cū ijs: q̄ ponunṫ in sirupo ⁊ bal-
neeṫ in eisdē: ⁊ emplastreṫ cum eisdem: deinde si ista
non valeant: inungat obstetrix digitū in oleo petro-
leon: ⁊ conuitiat ostium matricis: deinde suffumigeṫ
cum myrrha: castoreo: ⁊ elleboro: ⁊ si ista non valeāt:
requiescant in pace Rasis inquit: postquaꝫ preterijt
tempus nascendi pueri dentur trocisci de myrrha: ⁊
apogima de seminibus: ⁊ oleum de reysin adhiben-
dum: ⁊ pessarium de ruta: ⁊ myrrha in ponendum:
ꝙ facilē facit partum. Doses quoqꝫ de pillulis feri-
dis frequenter tribuende sunt: cū ijs enim euadunt.

De aborsu.

Aborsus est orsus embrionis ante debitū tp̄s:
qui prouenit ex debilitate virtutis contentiue

matricis: q2 embrio suspendit in matrice ad modū fructus in arbore mediāte secūdina alligata cum matrice quarto aphorismoꝝ cōmento quinto: ⁊ ideo in principio: ⁊ in fine ligamēta sunt debilia: sicut in fructibus: ⁊ secūdina dicit: quia ante eam est alia pellicula: q̄ immediate cooperit embrionē: ⁊ embrio exit cum illa: ⁊ illa est subtilis: ⁊ rara. Est ⁊ alia pellicula grossior: que dicit secūdina respectu illius prime: que alligat venis matricis. s. cum capitibus earū: ⁊ aliqñ fortiter: qñ habz illas venas matrix magnas: ⁊ aliqñ debiliter: qñ ille vene matricis sunt valde stricte: vt in hn̄tibus frigidas: ⁊ densas matrices: ⁊ ideo ex facili causa abortiunt: ⁊ secundina facta est etiam vt retineat superfluitates secunde digestionis scilicet vrinam vsqz quo parit.

¶Cause aborsus.

Rasis dixit in ꝯtinente auctoritate Hynarasij: ꝙ mulieres: q̄ abortiunt in tribus primis mensibus: abortiunt ex vētositate: ⁊ q̄ abortiūt in tribus medijs mēsibus: ex humiditate matricis: ⁊ eius ligamentoꝝ: ⁊ ille: q̄ abortiūt in tribus vltimis mēsibus: abortiunt ex frigiditate. Hec opinio nō est cōsona dictis Gal. ⁊ Mesue ⁊ Hippo. nā Hippo. qnta aphor. cōmento. 45. Queciūqz abortiunt scd̄o mēse: aut tertio sine occasiōe manifesta: his cotilidones plene mucilaginib⁹ sunt: ⁊ nō possunt retinere pre grauedine fetum: sed ab rumpunt. Ecce: ꝙ ex humiditate rumpunt: ꝓpter quod cōiter dicit: ꝙ que abortiūt in tribus primis mēsibus: faciūt hoc ꝓpter malā cōplexionem humidā cum mā venarū: ⁊ ligamentoꝝ matricis: ⁊ specialr secūdine: vt etiā colligit a Gal. 6° de interioribus capitulo penultimo. Que vero abortiūt in alijs tribus mēsibus: hoc faciunt ꝓpter raritatē: ⁊ laxitatē ligamentoꝝ secūdine matricis: ⁊ accidit ijs: que sunt rare texture: ⁊ gracilis: ⁊ cōpositionis delicate. Que vero in vltimis tribus mēsibus abortiūt: hoc faciunt ꝓpter venulas paruas cuz capitibus paruis: quare secūdina non pōt bene alligari cū illis: ⁊ iō ex facili cā abortiunt pp pondus fetus grauātis ipsa ligamenta: hec Tornamira laudat. Quāuis hec sentētia verior sit: ⁊ vt in plurib⁹ vera: non tñ semp sic est: quoniā vidimus mulierē qñqz abortire ex abundantia saguinis: ⁊ hec curata fuit a famosis medicis putantes venas matricis laxas pp humiditatē ⁊ nihil profuere: ⁊ nos examinantes ipsam: ⁊ intelligentes ipsaz hr̄e plura mestrua in vna vice: q̄z tres mulieres haberēt: iudicauimus ex abundātia sanguinis abortire. Et signū fuit corrosio fetus facta ex illo sanguine: ꝓpter qd̄ purgauimus ipsaz ante impregnationē ⁊ post impregnationē p mensez cū dimidio. flobothomauimus ex basilica extrahendo vnc. iij. vel circa: ⁊ illinc ad decē dies tantūdē: ⁊ sic tertio: ⁊ portauit filios ⁊ fecit tres filios: duos masculos: ⁊ vnā femellā: ⁊ hec fuit vxor ꝑetri Cursini ciuis florentini. Quare opz medicū diligēter examinaf mulierē: ⁊ si peccat ī in multitudine sang. flobothomare basilicā: si peccat in humiditate vel totius corpis vel catarri attribuere aborsuz illi: ⁊ si peccat in siccitate: attribuet aborsum subtilitati venaꝝ: ⁊ ligamētoꝝ. Singa.

Signa aborsus futuri: detumefactio mamillarū dolor renū: ⁊ matricis illud idem indicāt: ⁊ aliqua apparitio sanguinis menstrui magis demonstrat illud: motus fetus immutaf. Cura: Si mulier incurrat aborsuz ratione humiditatis flegmatice fluentis ad venas matricis: ⁊ ad ligamēta secūdine vtaf stipticis: ⁊ siccis: quare in dieta vtaf rizo cocto in brodio pulli cum pedibus castrati: vel vituli: bibat vinū rubeum lymphatū cū aqua calybeata: vitet herbas: ⁊ fructus ꝓter citonia. Iste mulieres sunt frigide: ⁊ humide: petat balnea nālia aluminis: ⁊ ferri disiccātia humiditates: vtaf tyriaca: vel metridato cōmixtis cū zuccaro rosato. vtaf petijs balnearis in aqua ferri: ⁊ aluminis aliquātulū calidis: ⁊ ponaf ad os matricis: immo etiā sup matricē. Itē ponere emplastrū ante inter pectinē ⁊ vmbilicū: ⁊ retro factū ex magna quantitate radicū bistorte siue p se solū: siue addendo alia stiptica secū. s. masticē: laudanum: gallas cipressi: ⁊ nuces muscatas: lignū aloes: ⁊ sandalos: rasurā eboris: ⁊ coralloꝝ: ⁊ similiū: hoc multū ꝯferre pōt: q2 bistorta hz magnā ꝓprietatē in cōfortando ꝯceptū in vtero materno: ⁊ ad ꝯfortandū retentiuā matricis: ⁊ si cerotū ex bistorta fieret ad renes cū aliqbus stipticis dictis: multū etiā ꝯferre posset. Si vero aborsuz incurrat ratione raritatis: ⁊ laxitatis: ⁊ tenuitatis ligamentoꝝ matricis: ⁊ secūdine ex earū creatione: pp qd̄ non valet sustinere pondus ipsius fetus: tunc talis mulier est gracilis: ⁊ satis delicata: ⁊ īcurrit aborsuz in qnqz mēsibus vltimis. iste sunt calide: ⁊ humide. Non tangaf a viro in illo tp̄e: ⁊ si tangaf: mō mansueto fiat: ⁊ in tali tp̄e nec ascēdat: nec descēdat: immo parū: aut nihil moueaf: ⁊ hec mulier nō indiget emplr̄is multū calidis: sed parū calidis: ⁊ stipticis: ⁊ sic emplastrū de solo mastice cōferens est: vel de mastice: ⁊ laudano. s. due partes masticis: ⁊ tertia laudani: vel fac emplr̄z confortatiuū de radicibus bistorte cum qbusdā stipticis dictis: ⁊ vnū ante teneat: ⁊ aliud retro: ⁊ dz viuere ex rebus stipticis: ⁊ grossis: ⁊ debet postponere herbas: capiat ergo carnes caponis: vituli: ⁊ castrati: ⁊ que gñant nutrimentū solidū: ⁊ dicunt: ꝙ debet postponere oua. Si vero aborsum incurrat: q2 vene matricis sunt graciles: ⁊ stricte cū paruis earū capitib⁹: ꝓpter qd̄ secūdina debilr̄ alligaf matrici: ⁊ iste mulieres sunt frigide: ⁊ sicce cōplexionis: pp qd̄ indigēt cōtrarijs. s. calidis: ⁊ humidis paꝝ vt: vti pullis: colūbis: perdicibus: ⁊ hmōi: ⁊ iste mulieres nō ascēdant: nec descēdant: sed quiescant: ⁊ vitent coitū: ⁊ faciant duo emplr̄a ex radicibus bistorte cū quibusdā alijs stipticis iam dictis. Si vero aborsum patitur ex abundātia sanguinis: quod intelligetur ex relatione eius: quia sanguinea valde est: tunc flobothometur post mensem de basilica ter ad minus de. 15. diebus in. 15. dies: vel parum minus: ⁊ ordinetur dieta frigida: ⁊ stiptica parum nutritiua: ⁊ de hoc fecimus experientiam: vt diximus. Experiētia probata: hec faciūt mulierem fecundā: que erat sterilis ex augmēto humiditatis: ⁊ ꝯsequenter cōfert contra aborsum. ℞ rasure eboris ℥. ij. spodij de canna ℥. j. ⁊ cum succo plantaginis fiant pillule: de qbus longo tempore accipiat ante cenam per duas horas. Auenzoar inquit: si mulier: que nō impregnatur: acceperit exagium scilicet tyriace cum aureo vno limature eboris causam habebit impregnandi: ⁊ consequenter prohibendi aborsum: sed singulis decem diebus oportet accipere: sed nota: ꝙ exagiū est idē ꝙ aureus: ⁊ aureus est ℥. j. s. A nobis ꝓbatuz est ꝙ aqua porrecte ꝯfert ad impregnandum. s. sumpta ante: q2 mundificat venas ma
tricis:

tricis: ⁊ stipticādo ꝯfortat illas: quare ꝓhibꝫ aborsuꝫ
si ante impregnationē accepit eaꝫ: ⁊ si balneeť in ea.
Mesue dicit: ꝙ trocisci de terra sigillata vltimi iu/
uamenti sunt ad sputū sanguinis: vel egressionē eius
quocūqꝫ loco sumpti cū aqua arnaglosse. i. plantagi
nis: ⁊ liniti sup frontē sedāt fluxū sanguinis nariū:
⁊ liniti sup matricē sedāt fluxū mestruoꝝ: ⁊ qñqꝫ su/
per pectinē: ⁊ sup mēbrū manationis sanguinis con
fert fluxui sanguinis. Quare cū times aborsum vel
da in forma pillularū ꝑ os: vel iniunge matricē: ⁊ re/
nes cum his distemperatis cum succo plantaginis.

¶ De difficultate partus.

Difficultas partus est ex triplici cā in gñe: vna
se tenet ex parte fetus: alia ex parte matricis: ⁊
alia ex parte secūdine: vt ponit Rasis in continenti.
Difficultas ex pte fetus fit sex de causis: vt ponit ibi:
vel q2 fetus est magnus: ⁊ grossus: qđ pꝫ ex magnitu/
dine vētris: ⁊ q2 pater magnus est: aut q2 magni ca/
pitis: qđ pꝫ ad tactū obstetricis: ⁊ iđ non pōt exire: vł
quia venit ante tp̄s cōgruū. s. ante nouē mēses: ideo
non iuuať a nā: vel q2 exit in forma nō nāli: quia pri/
mo pes: vł manus: nā in partu nāli caput exit p°tenē
do faciē versus terrā: q2 caput ē supius vsqꝫ ad octa
uum mēseꝫ: ⁊ in 8° mēse incipit declinať ad inferius:
⁊ nō ante: ideo in 9° mense expeditus exit: sed in octa
uo: ⁊ ante: primo cū pedibus exit: ⁊ iđ in octauo men
se fetus est deterioris dispositionis ꝑꝑ istā subuersio/
nem: silr pregnātes sunt deterioris dispositionis in il/
lo mense: plusquā in alijs: ⁊ fetus sequiť dispositionē
matris: ⁊ iđ q nascunť in octauo mense nō viuūt: hec
Rasis. Vel q2 in se fetus est debilis ꝑꝑ longas egritu
dinis matricis: vel rōne tp̄is non sequētis naturam
suam: q2 si tp̄s veris siccū: ⁊ boreale est mulieres: qui/
bus partus est ad ver ex oī occasione aboriunt: vt in
quit Hippo. tertio aphor. vel q2 fetus est mortuus: q2
viuus petit exitū: mortuus non. Alia causa difficilis
partus se tenet ex parte matricis: ⁊ ista subdiuiditur
in quinqꝫ causas ꝭm Rasim: vna cā est: q2 est primus
partus: q2 non hꝫ partes sufficiēter aptas: quia nun/
quā peperit: altera cā est paruitas matricis: q2 conce
pit ante. 15. annū: alia cā est d̄bilitas matricis ex qua/
cunqꝫ cā sit: alia cā est pinguedo orificij matricis: ⁊
eius clausio: alia cā est apostema caluꝫ matricis clau
dens: ⁊ ꝓhibens exitū fetus: alia cā in gñe partus dif
ficilis se tenet ex parte secundine: ⁊ ista subdiuidiť in
duas causas: vna est q2 secūdina nō scindiť vt debet
in motu pueri ad exitū: q2 grossa ⁊ dura est: ideo puer
non pōt exire vuluā: quia prius opꝫ exire secundinā:
alia cā est: q2 scindiť ante tp̄s: puta in ꝑncipio motus
pueri ad exitū ꝓpter sui tenuitatē: ⁊ raritatem: ideo
fluit aqua multa a matrice nimis tempestiue: ⁊ ma/
trix exsiccať: ideo non pōt se sufficiēter dilatare. Ha/
bes igiť cōsiderare si aqua multa fluxerit de matrice
antequā puer sit ꝓpe exitū: vel si sanguis multus an/
te exierit: q2 sic partus erit difficilis: quoniaꝫ ex tali/
bus matrix exsiccať vltra debituꝫ: ꝓpter qđ non pōt
bene dilatari: nisi prius bene humecteť cuꝫ oleo fenu/
greci: vel maluauisci: vel similib⁹. Rasis addit aliud
signum sup pronostico difficilis partus. s. si mulier
multum doluerit in spina dorsi significat sup partu
difficili: sicut si dolor ī pectine: ⁊ in ventre: ⁊ in ingui/
nibus fuerit significat sup partu facili: hec Rasis ibi.
Alie cause sunt extrinsece partus difficilis puta cali/
ditas excedens relaxans: ⁊ debilitans virtutes nāles
scꝫ expulsiuā: ⁊ alias virtutes: vel frigiditas excedēs
constringens matricē: vel tristitia mulieris ex relatu
vel ex pñtia ingrate mulieris assistētis in puerperio:
verba Rasis in ꝯtinente cap. de partu. Est ergo diffi/
cultas partus: passio matricis per colligentiam fe/
tus: vel secūdine: vel rei extrinsece. Cura difficultatis
partus ī gñe vna est: q2 in oī casu difficultatis partus
cōpetunt apientia: relaxantia: ⁊ mollificātia matri/
ceꝫ: ⁊ illa magis ꝯueniūt cū appropinquat ad tp̄s: pu
ta dum erit circa mediū noni mensis. Quantū ad ci
bum: ⁊ potū vtať brodijs: ⁊ spinachijs bene coctis: ⁊
vitellis ouoꝝ: ⁊ albo vino subtili: vitet legumina: ma
xime rizum: ⁊ fila: ⁊ laganas: ⁊ alia ex pasta cibaria.
Quātū ad motū faciat exercitiū maius solito: intret
balneū aque dulcis: ⁊ si intus bulliant malua: viola:
brancha vrsina: melius erit: ⁊ vitet stuphas: q2 ꝯ̄triať
ei omnimode. Si supueniāt dolores partus: vadat ꝑ
camerā quousqꝫ matrix fuerit aperta. s. ꝙ aqua flue
re incipiat: ⁊ tunc incipiat dulciť seipsaꝫ ꝓmere aug/
mentādo paulatim aptionē: ⁊ tunc sedeat mulier su
per scamnū perforatū: ⁊ ꝓmat se ad expellendū fetū.
Rasis in ꝯtinēte dicit: vtať in potu cinamomo: ⁊ cro
co: nam ꝓꝓrietas hoꝝ est inducere facilem partū: ⁊ si
in ꝓcessu partus fuerit multus difficilis cōiter pariūt
feminā: quia difficilior est partus femine: q̄ꝫ masculi.
Item dicit Rasis. Comedat de folijs maluauisci co/
ctis cū butyro: q2 facile partū facitūt: ⁊ obstetrix inū/
gat cuꝫ manu sua ventrē parturiētis cū oleo sambu/
ci: vel lilij: vel sisamini: vel maluauisci ab vmbilico
inferius. Si vero partus sit innaturalis: ꝙ p° exeat
brachiū: reintroducať prius dulciter inūgendo par/
tes illas. Si pes tunc p° veniat: signū est ꝙ non est in
nono mēse: q2 nō fuit subuersus: qm̄ incipit subuerti
in octauo mēse vt dictū est auctoritate Rasis: ⁊ iuueť
mittere intus cū iam dictis: ⁊ exterius cū oleis iaꝫ di
ctis: ⁊ remissio intus postea ꝓuoca sternutationē cū
modico seminis stafisagrie: vel piperis: vel euforbij
subtilissime puluerizatoꝝ: vel ponať modicū de radi
ce hyreos intra nares: ⁊ relaxenť partes vulue cum
spongia infusa in aqua decoctionis sem. fenugreci: se
men lini cū oleo maluauisci: vel lilij: vł sambuci: quo
facto: prouocetur sternutatio: immo supponatur ab
intra quantum erit possibile odorando fetida: vt as/
sam fetidam: ⁊ fumum plumarum combustaruꝫ: vel
sotulariū: vel galbani: quia odorare fetida facit facilē
partum. Et Rasis dicit ibi: ꝙ si suspēdatur in coxa
storax crocea: parturiens non patietur dolorem: im
mo pariet sine difficultate. Aqua decoctionis arthe/
misie potata facit statim emittere fetum: Rasis ibidē:
⁊ capillus veneris contritus: ⁊ dissolutus cum siru/
po rosato cuꝫ modico alicuius olei sumptus in potu:
statim facit parere: ⁊ idem facit potus decoctionis
absynthij: ⁊ fumiterre bis: vel ter in die facit fetum
velociter emittere: ⁊ subdit: ꝙ aristologia longa con/
quassata: ⁊ cum lana supposita facit statim parere.
Itē dicit: ꝙ si mulier pariens sumat ℨ ij. croci in po
tu: statim parit. Auicenna dicit ꝙ ℨ. s. cardamomi
idest carui agresti puluerizati: datus cum vino albo:
statim facit parere.

¶ De extractione secundine: ⁊ fetus mortui.

De extractione secūdine: ⁊ fetus mortui dicēduꝫ
est. Et p° nota ꝑ intellectu secūdine ꝙ difficul:

tas extrahendi secūdinam ex duobus ꝓcedere pōt.s.
aut ex parte secundine.s.qr fortiter alligaꝛ ad venas
matricis: qd̄ plurimū ↄtingit in mulieribus hn̄tibus
matrices frigidas: ⁊ densas: ⁊ he raro concipiunt: vt
vult Hippo. ⁊ Gal. 5° aphor. ↄtingit etiā qn̄qꝫ in mu
lierib⁹ hn̄tibus venas latas in matrice: in qbus etiaꝫ
secūdina fortiter alligaꝛ. Aut difficultas expellendi
secundinam ꝓuenit ex debilitate matricis.s. qn̄ ma/
trix est multū debilitata in expellēdo fetū: tunc enim
difficulter expellit secūdinā. Scd̄o nota ꝙ difficulta/
te expellendi fetū mortuū: ꝙ ex duab⁹ causis sil̄r pōt
ꝓuenire hoc. Primo rōne fetus mortui: q non iuuat
ad exitū: sicˀ viuus petēs exitū nālīter ex instinctu na
ture. Scd̄o ex debilitate virtutis matricis: qr ex fetu
mortuo v̄tutes matricis mortificanꝛ ꝑꝑ mortificacio
nē caloris nālis. Cura extractiōis scd̄ine ꝑficiꝛ cū tri
bus intēionib⁹ ꝑncipalib⁹: p°.s. cū mollificātib⁹ secū
dinā: ⁊ cū ↄfortātibus matricē: ⁊ cū ijs: q̄ a ꝓprietate
extrahunt ipsam. Prima.s. mollificatio fit ab obste/
trice inūgendo manus suas cū oleo de lilio: vel keyri
no: ⁊ ponēdo manus inūctas intus: vt inūgendo mol
lificet secūdinā: nō dico: ꝙ trahat. Scd̄a intētio.s. cō
fortatio partim fit cū empl̄is ad matricē.s. supra po/
sitis. ℞ cepā lilij: ⁊ decoque in oleo keryno: adde fari
ne fenugreci vnc.ij. vitellos ouorum numero.ij. croci
ʒ.j. ⁊ fiat empl̄um supra matricē. Itē ex oleo lilioꝝ
alboꝝ: ⁊ oleo keryno inūgere matricē ꝑfert ↄfortādo
ipsam. Tertia intētio extrahendi fetū ptim ꝑficiꝛ cū
ijs: q̄ supponunꝛ.i. cū qbus fiat suppositoriū ad ma/
tricem: siue pessariū: ⁊ partim cū ijs: q̄ ꝑ os exhibenꝛ:
⁊ partim cū suffumigijs. In primis suspēdaꝛ crocus
ad formā nucis ad coxā.s. ad intra partē domesticā:
deinde fiat suffumigiū ex vngula equi: vel asini: vel
iumēti. Alij faciūt ex storace calamita: ⁊ croco: ⁊ reci
piaꝛ fumus ꝑ vuluā: deīde si hoc nō sufficit fiat pessa/
riū hoc. ℞ galbani vnc.j. oppoponaci vnc.ʃ. myrrhe
ʒ.ij. incorporenꝛ: ⁊ fiāt duo: aut tria pessaria: ⁊ suppo
naꝛ vnū in die: ⁊ aliud ī nocte. Itē succus panis por/
cini suppositus: valde trahit. Ad idē alij supponunt
bombicē inūctū ex oleo balsami: vel lanā inunctā in
dicto oleo: qr fortiter trahit secūdinā. Per os multa
exhibenꝛ: que hn̄t virtutē extrahēdi secūdinā. Auic.
laudat cortices cassie fistule puluerizatas.s. ʒ.vj. da/
tas in potu cū iure cicerū: vel vino albo: vl ʒ.ij.ʃ. cor
ticū cassie: ⁊ ligni aloes. ʒ.j.ʃ. denꝛ sil̄r. Rasis laudat
ʒ.ij. croci datas cū vino albo: qr secūdinā: ⁊ fetū edu
cit. Itē laudat galbanū cuꝫ oppoponaco. ℞ galbani
ʒ.iij. myrrhe ʒ.ʃ. oppoponaci ʒ.ʃ. distēpera cū deco
ctione apij. Auic. laudat cardamomū.s. ʒ.ij. datas
cum vino albo. Arnaldus laudat ʒ.ij. pulueris car/
tami datas cū vino albo: qr facit eijceꝛ fetū sine ꝑicu/
lo. Platearius: ⁊ Nicolus laudāt dare ʒ.ij. boracis
cuꝫ vnc.iij. vini albi: ⁊ hoc sepe expti sumus: ⁊ semꝑ
cōtulit. Ultimo si hec nō satisfaciāt: nec faciāt opus
optatū: obstetrix intingat manū: ⁊ digitos cū oleo de
lilio: vel alkekengi: ⁊ imponat in vuluā: ⁊ trahat secū
dinā sine molestia: si pōt. Aliqui addunt: ꝙ facere: vt
mulier faciat vomitū: ⁊ postea sternutationem pluri/
muꝫ ꝑfert ad hoc: qr cōprimūt matricē ⁊ incitant ad
expellendū. Cōsequēter de extractione fetus mortui
dicendū est. Signa fetus mortui in vtero ſm Rasim
incōtinēte sunt duo. Primū signū casus fetus ad qd̄
cunqꝫ latus se vertat mulier: ⁊ cadit ad inferius. Se
cundū signū est: qr partes: q̄ sunt circa vmbilicū sunt
frigide. Moderni addunt: dolēt fortiter circa vmbi/
licum cū febre lenta: ⁊ discoloratione faciei cū fetido:
⁊ corrupto anhelitu: ⁊ ascensu vapoꝝ horribilium ad
cor: ⁊ ad caput: ꝑꝑ qd̄ hn̄t instantiā vigiliaruꝫ. Cura
perficiꝛ quatuor intētionibus.s. ꝑfumatione: supposi
torio: vnctione: ⁊ potione. Profumatio pōt fieri cuꝫ
vngula equi: vel asini: vel iumēti: vel cū radice panis
porcini: vel cū hac cōpositione. ℞ myrrhe: galbani: op
poponaci: fellis tauri: vel bouis an̄ ʒ.ij. distemperēꝛ
cum pice liqda: ⁊ fiāt trocisci ad modū parue nucis:
⁊ suffumigenꝛ cū vna: vel cū duabus. Linimētū: per
qd̄ liniendū est ab vmbilico vsqꝫ ad pecten. ℞ pulpe
coloquintide: myrrhe: rute an̄ ʒ.ij. fiat puluis: di/
stemperēꝛ cū felle tauri: vel bouis in modum vnguēti.
Suppositoriū sic fiat. Succus panis porcini cū lana
suppositus mirabil̄r ꝓuocat fetū. Potio: q̄ est ō vlti
mis. ℞ asse fetide vnc.ʃ. mirrhe ʒ.ij. rute sicce ʒ.j.
capiaꝛ quarta pars: ⁊ distēperēꝛ cum aqua sauine qd̄
sufficit: fiat potus: ⁊ detur sero: ⁊ mane per quatuor
vices: hec Tornimira.

De mestruis albis. Auic. dicit de cursu matricis.

Quandoqꝫ accidit: vt ex matricibus currāt hu/
miditates putride: ⁊ qn̄qꝫ currit sꝑma. Causa
primi est ꝑꝑ mltitudinē superfluitatū: ⁊ ꝑꝑ debilitatē
digōnis in venis matricis: qr putrefiūt ibi humidita
tes: ⁊ cognosciꝛ mā ex colore mestrui. Cursus sperma
tis fit sicˀ in viris: ⁊ si est sine desiderio: fit ex debilitate
eius: ⁊ mollificatione: ⁊ si est cū desiderio: ⁊ mollifica/
tione: cā est subtilitas spermatis: ⁊ acuitas: ⁊ qn̄qꝫ est
cum pruritu matricis: ⁊ ꝑducit ad hoc: vt descendat
sperma. Signa hn̄tis cursuꝫ: ⁊ difficultas anhelitus:
cadit appetitus: destruiꝛ color eius: aduenit inflatio
in collo sine dolore: vel apostema cū dolore. Cura cur
sus spermatis fit cuꝫ sil̄ibus: qbus curaꝛ in viris: hec
Auic. Remediū optimū nostrū est empl̄are renes cū
lana imbibita in aqua rosata aqua plātaginis ⁊ bo/
lo: terra sigillata: ⁊ hmōi. Cura cursus fit ab Auice.
cuꝫ quatuor remedijs. Primo cū mūdificatione cor
poris cū floborh[a]: ⁊ sol̄one ventris ſm ꝙ expedit. Se
cūdo clysterigeꝛ matrix cū mūdificātibus exsiccati/
uis: vt ē decoctio hyreos: ⁊ prassij. Tertio cū fricatio/
nibus crurū cū oleis calidis: vt oleo de squinanto cū
piretro: ⁊ pipere. Quarto cū clysterib⁹ stipticis.s. in
quib⁹ decoquanꝛ galle balaustie: cortices granatoꝝ:
squinātū: ⁊ myrtus. Nos dicimus: ꝙ optm̄ remediū
est dare aquā porecte: ⁊ hec de egritudibus matricis
dicta sufficiant.

De hernia inguinis.

Hernia inguinis: siue crepatura: siue ruptura
diciꝛ qn̄ apparet eminētia in inguine alicuius
rei descēdentis: qn̄ sedet: vel stat rectus: ⁊ cū iacet su/
pinus eminētia cōprimitur cum digitis. Pro cuius
intellectu nota primo: ꝙ hernia pōt accipi dupl̄r.s.
proprie: ⁊ improprie: ꝓprie hernia accipiꝛ pro fractu/
ra facta in syphach: per quā exit zirbus: ⁊ intestina
in multa quātitate. Improprie vero accipiꝛ pro rela/
xatione didymi: per quam exit zirbus: ⁊ intestina in
modica quantitate: ⁊ hec sepe contingit: prima ve/
ro raro cōtingit. Nota secūdo: ꝓ intellectu syphach
zirbi: ⁊ didymi: ꝙ supra intestina sunt tres tunice:
prima immediate adherens intestinis: ⁊ stomaco: ⁊
dicitur zirbus ⁊ hec tunica facta est ad conseruandū
caloreꝫ naturalem. secūda tunica diciꝛ syphach: q est
pāniculus

